



AUDITE  
VOLVITATEM RUMPIENS  
NUM SE FACIS Y DOMINOS

E M B  
(a-c)

N O  
M A  
D I C A N  
D E H  
E u a r i a D

I A C O B

c o amun  
s o, testat  
stimonio  
commode  
Gracia t  
siam prop  
re reliqua  
verasit,  
Garama  
vtne Ald  
iucit, qu


JACOBI GRETSERI  
SOCIETATIS JESV

INSTITVTIO-  
NVM LINGVÆ  
GRÆCÆ,

Liber Tertius.

DE SYLLABARVM  
DIMENSIONE.

PRO SCHOLA RHETORICES.



Cum gratia & pruilegio Sac. Ces. Mæst.

INGOLSTADII,

Ex Typographia DAVIDIS SARTORII.

Anno M. D. XCV.



AD



bitratu po  
tax exigit.  
tis superqu  
tum, qua  
quidlibet a  
tam scire  
centia plen  
parunt vni  
su & inue  
modo exte  
omnes vob  
do faciunt  
My La  
strictiorq  
gatum, ai  
Sed quam

INSTITUTIO  
NUM TINCUL  
GABACE  
LIPER LIPER  
DE SYLVAGARAN  
DIMENSIOINE  
PRO SCHOLIA PHENOMENA



INGOLOSTAD  
TYPHOONIS CAVIVS ET TICUS  
D. XCII



## AD LECTOREM.

**S**VNT, amice Lector, & veterum  
& recentiorum nonnulli, qui pu-  
tent vocales anticipites in eadem di-  
ctione produci vel corripi posse, ar-  
bitratu poëta, prout carminis ratio & neceſſi-  
tas exigit. Verū quantopere isti aberrent, sa-  
tis superquē declarant, celebriorum Gracie va-  
tum, quæ supersunt monumenta; Qui licet sibi  
quidlibet audendi iure poëtico potestatem da-  
tam scirent, hanc tamen effrenis cuiusdam li-  
centia plenam neque agnouerunt, neque usur-  
parunt vñquam, nisi in paucis vocalis, longo vi-  
su & inueterata consuetudine modo contrahi  
modo extendi solitis, quod & Latini, quorum  
omnes vocales dubiæ sunt & cōmunes, aliquan-  
do faciunt, quamuis parcius & pudenter, nam  
Musa Latina semper fuit verecundior, & ad-  
strictior quam Græca. At Gracis nihil est ne-  
gatum, ait non ignobilis ex Helicone alumnus.  
Sed quam verè, viderit ipse. Non enim propter

## 2 AD LECTOREM.


ea liberi omnino et ex leges erunt, quia illis licet  
æges, æges sonare, & eandem literam in hoc no-  
mine diuersa quantitate metiri. Quod si nulla-  
rum præceptionum obseruatione tenetur, quor-  
um tot Grammaticorum volumina, quibus ra-  
tio Græcæ quantitatis cognoscenda præscribitur,  
potissimum in illis syllabus, quæ constant literis  
ambiguis? superfluum certè id laboris esset, nisi  
Græcæ poëeos studiosis, tres istæ vocales iter ad  
Musas difficile impeditum q̄ redderent. Fru-  
stra etiam operam locarent, qui poëti legendis  
& per uolutandis non nihil temporis & otij im-  
pendunt, animo horum auspiciis, ad aliquam  
cognitionem quantitatis syllabicae perueniendi.  
Ut igitur rem in pauca conferam, regulis opus  
est, ne erremus in quantitate cūm aliarum, tūm  
principiū ancipitum vocalium. Sed illas neque  
nimis multas neque incertas esse oportet. Quò  
fit ut nihil mihi dicendum putem, de illo modo  
indagandi quantitatē, quo Latini & Graci  
quidam Grammatici utuntur. Quis ille? a ante  
c, i ante l, vante e producitur vel corripitur.  
Nam regulae istæ sunt incertissima, & sēpius  
fallaces, quam veraces, & tales præterea quas  
nemo nisi rara & firma admodum memoria di-  
scat.

## AD LECTOREM.

3

scat, vel semel animo comprehensas retineat.  
Hinc non immeritò illas præterit in sua Latina  
Prosodia noster Emmanuel, ad cuius normā  
& methodum has institutiones conformamus,  
unde hoc etiam nomine à me prætermittenda  
fuerunt. Et certè leuis illarum est iactura. Quod  
si cui iste, quas prescribimus, præceptiones cum  
mediocri saltem poëtarum lectione, non suffici-  
unt ad dimensionis syllabarum scientiam, huic  
quid satis futurum sit nescio. Ceterum sicut in  
aliis duobus libellis, ea quæ Graci cum Latinis  
communia habent, vel penitus omisi, vel obiter  
tantum attigi, ita & hic feci. Cum enim studio-  
se iuuentuti, quæ Graciam Prosodiā discere  
cupit, Latinam oporteat iam esse cognitam,  
multa hic vel omnino taceri, vel uno verbo in-  
sinuari possunt, que alioquin longiori explica-  
tione eguisserint. Vale, benevolē Lector, & poësi  
tam Latina, quam Græca, ad laudem & glori-  
am Dei, reliquorumque Calitum, & ad virtu-  
tis, omnisq[ue] honestatis commen-  
dationem vtere.

— 690 —



A 3

INDEX

4



# INDEX CAPITVM HVIUS LIBRI.

*Caput Primum.*

De vocalibus breuibus, longis, ancipitibus & diphthongis.

*Caput II.*

De positione.

*Caput III.*

De muta & liquida.

*Caput IV.*

De modo quo vocales longæ & diphthongi sunt  
breues.

*Caput V.*

Quot modis quantitas vocalium ancipitum co-  
gnoscatur.

*Caput VI.*

De Accentu.

*Caput VII.*

De contractione & dialecto.

*Caput VIII.*

De Deriuatione & compositione.

*Caput IX.*

De alpha incremento nominum præcipue quintæ  
Declinationis.

*Caput*

De iota inc

De incre

De quantit  
fēct

De quantia

De quantit

De quanti

Regulæ c  
pri

De quanti

Quomod  
nu  
tin

De exempl

De syllab

INDEX CAP.

5

*Caput X.*

De iota incremento quinta Declinationis.

*Caput XI.*

De uero incremento quinta Declinationis.

*Caput XII.*

De quantitate verborum in praesenti & in imperferto.

*Caput XIII.*

De quantitate verborum in futuris & Aoristis.

*Caput XIV.*

De quantitate verborum in præteritis.

*Caput XV.*

De quantitate verborum in MI.

*Caput XVI.*

Regulae cognoscendi quantitatem ancipitum in primis & mediis syllabis nominum.

*Caput XVII.*

De quantitate ancipitum in ultimis syllabis.

*Caput XVIII.*

Quomodo quantitas Graeca cognosci possit non nunquam praesidio linguæ & prosodiae Latinæ.

*Caput XIX.*

De exemplo & auctoritate.

*Caput XX.*

De syllaba communis & licentis poetis.

A 4

*Caput*

## INDEX CAP.

*Caput XXI.**De pedibus & versu.**Caput XXII.**De speciebus metaplasmi.**Caput XXIII.**De Patronymicis.**Caput XXIV.**De notis Arithmeticis Græcorum.**Caput XXV.**De mensibus Græcorum.**Caput XXVI.**De pronuntiatione Græcorum vocabulorum, quibus Latini vtuntur.**Caput XXVII.**Quomodo vocales Græcæ transiant ad Latinos.**Caput XXVIII.**Quomodo diphthongi Græcæ ad Latinos veniant.**Caput XXIX.**Qua mutatione consonantes Græcæ in Latinam linguam transferantur.**Caput*

DEV

VIB

PI



quod mod  
antur, int  
uersis dict  
uiimus.

Ex voc  
diphthon  
res appell  
impropri  
qua omni

Qui v  
les, quant  
fiat, & lo



## Caput I.

# DE VOCALIBVS BRE- VIBVS, LONGIS, ANC- IPI TIBVS, ET DIPH- thongis.

**R**Æ C I habent vocales sep-  
tem, *a, e, η, i, o, u, ω*. Ex his ε & ο  
perpetuò breues sunt: η & ω  
semper longæ, *a, i, u*, ancipites,  
quod modò producuntur, modò corripi-  
antur, interdum in eadem, sæpius in di-  
uersis dictionibus, ut lib. I. cap. I. declara-  
uimus.

Ex vocalium coniunctione nascuntur  
diphthongi duodecim, quarum sex prio-  
res appellantur propriæ, sex posteriores  
impropriæ; *ai, au, ei, eu, oi, ou, α. y. ω. ηu, ιu, ωu*,  
quæ omnes suapte natura producuntur.

Quia verò fieri potest, ut breues voca-  
les, quantumuis natura sua breues, longæ  
fiāt, & longæ vocales vnà cum diphthon-

A 5 gis

gis breues, docendum est, quibus modis  
id contingat; postea de ancipitum quanti-  
tate regulas præscribemus; in hac enim  
cognoscenda potissima difficultas versa-  
tur.

Præterimus tanquam notum ex Em-  
manuele, quid sit tempus, & quæ, quot-  
ue tempora syllaba quæuis habeant.



## Caput II.

## DE POSITIONE.

I. VOCALIS breuis ante duas conso-  
nantes, vel vnam duplicem eiusdem di-  
ctionis, longa est positione,  $\tau\acute{o}\xi\omega$ , arcus.  
 $\epsilon\mu\rho\mu\alpha$ , corona.

$\tau\acute{o}\xi\omega$  ὀμοῖσιν ἔχων, Iliad. I.

Arcum in humeris habens.

$\epsilon\mu\rho\mu\alpha$ τ̄ ἔχων τὸ κερατίν. ibidem.

Manibus coronam habens.

ἐλέκοντο θὲ λαοί. ibidem.

Peribant autem populi.

ητοιόγ̄ ἀσετώντας ἀρέτην. ibidem.

Sic fatus confedit.

II. SI

II. Si A  
fine præced  
is dictio  
erit.

τὸ δὲ ἀπ  
ιεναν.

Hunc aut  
gamenon.

III. LIT  
la positione

ἀριστερ  
Hora veſſ

HAC pre  
etiam tertium  
rei aliquor apu  
cateractam ha  
Delphinus  
Quidam tam

IV. Si  
duplex sit  
nis, produ  
liad. a.

ἐλέκεν  
Traxit an

DE POSITIONE.

9

II. SI ALTERA consonans fuerit in fine præcedentis, & altera initio sequentis dictionis, vocalis nihilominus longa erit.

*τὸν δὲ ἀπαρειβόμενον τῷ προσέφυγειν Αὐγεῖναι μέμνων.*

Hunc autem respondens allocutus est rex, *Agamemnon.*

III. LITERA σ aliquando eliditur, nulla positione facta. Aratus.

*ώρη ἐστε εἰη πολύφωνον πορεύονται.*

*Hora vespertina crocitat clamosa cornix.*

A N N O T A T .

HÆC præcepta Gracis cum Latinis communia sunt, etiam tertium. Nam & ipsi literam S elidebant; cuius rei aliquot apud Emmanuelem exempla inuenies, præter cetera etiam hoc. Cic. in *Arat.*

Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.  
*Quidam tamen legunt apud Arat. πολύφωνα πορεύονται.*

IV. SI V T R A Q V E consonans, aut duplex sit in principio sequentis dictionis, producetur vocalis præcedens. Iliad. α.

*Ἐλκετος δὲ συνθεοῖ μέχεται φόρον.*

*Traxit autem ex vagina magnum ensem.*

Ibid.

II. Si

Ibid. πολλας διφθυγχας αισθανεται.  
Ibid.

Multas vero fortes animas demisit Orco.

ποτε οκητορεον βαλε γονη. Ibid.

Decepit sceptrum humi.

τε καὶ διὰ γλώσσης μέλιτος γλυκίων πέει εἰδη. Ibid.

Cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio.

## ANNOTAT.

IN HIS exemplis a, i, breues, item o & producuntur ob duas consonantes in altera dictione: Occurrant autem huius productionis in omnibus fere Poëtarum pagina exempla, quod ipsum quoque Latini nonnunquam Græcorum imitatione faciunt; non tantum in monosyllabis, que sèpè non alio nomine, quam quod monosyllabasunt, extenduntur, sed etiam in polysyllabis. Hinc illud Iuuenalis, Satyra 8.

Occulta spolia & plures de pace triumphos.  
Et illud Silij lib. 9.

Immane stridens agitur, &c.  
Et illud Virgilij 1. Georg.

Lappæque tribulique interq; nitentia culta.  
& alia huius generis, que adserit Emmanuel.

V. INTER DV M corripitur præcedens syllaba breuis, etiamsi duæ consonantes,

vel

DE M

vel vna du  
lliad. 2.

οὐτε ζαν

Ζην, Z

οὐτε θεον,

Sed Scam

MVLT

rus suppeditabi

nomen τιμη

vocalem breue

minis ratio ex



DP

I. Voc  
quidam, si  
nis, comm

ωνικα

ποτη.

DE M V T A E T L I Q V I D A . II

vel vna duplex sit in principio sequentis.

Iliad. 2.

Ὀτε ζάνυνθεν ἔχον,  
Ζηγοὶ Ζακύνθῳ habitant.  
ἀλλὰ στάμνανθεν

Ὀστει δίειν, Ilia. 21.

Sed Scamander vorticosis abripiet te.

A N N O T A T .

MVLTA huius generis exempla paſim tibi Homerus ſuppeditabit, qui ſepiſimè vocalem breuem ante hoc nomen στάμνανθεν corripit: ut ferè liberum videatur vocalem breuem, vel producere vel corripere, prout carminis ratio exigit.



Caput III.

DE M V T A E T  
L I Q V I D A .

I. VOCALIS breuis ante mutam & liquidam, ſive eiusdem, ſive diuersæ dictio-  
nis, communis est. Theoc. Idyll. II.

Ἄνηλωψ κύνηλωψ πᾶς τοις Φρένες εἰπεῖ -  
τοις.

O Cy-

O Cyclops Cyclops, quò mens tua auolat.

Ibidem, ἔτω γενάρισε διάγ' ο κύκλωψ ο  
παρ' ἡμῖν.

Sic igitur facillimè vinebat Cyclops noster.

Iliad. 9. πάρεστος μὲν στον εἵλων ἐπένευε  
τεραπίζη.

Patroclus quidem panem accipiens distri-  
buit in mensa.

#### A N N O T A T .

DICTVM est in regula, Vocalis breuis. Nam longanunquam sit communis, licet sit ante mutam & liquidam: quod diligenter est obseruandum; ne quis putet α, ι, υ, hoc ipso quod antecedunt mutam & liquidam, esse communes. Non est ita, sed oportet ut saltem in illa dictione, naturā sint breues; quod aliquando, maximè apud Latinos, ex Rectis deprehendere licet. Propterea enim isti obliqui, patris, patri, patrem, patres, a commune habent, quia α, in nominatio, pater; breve est, sed matris, fratris, & similes, per- petuò habent a longum, quia in his nominandi casibus mater, frater, a longum est, & idem iudicium esto de aliis tam Latinis, quam Græcis, siue in eadem, siue in diuersis dictionibus.

II. NON modò λ & ρ, sed etiam μ & ν, cum mutis apud Græcos ordinariè liquefcent, breuemque vocalem faciunt com- munem;

munem, q  
in Græcis  
ur, vt Cyc  
mon. Theo  
λαῆς  
δέντες,

Sinistra  
tem crebri  
Idem Idyll

καὶ λέπε  
χει μοι.

Et dic bu  
gredere me  
Idem Idyll

Septem d  
mutilatis ou  
Et Idyll. 16.  
πειραπίδ  
Quis co  
colore nou

VTHOD  
bac de re erudi  
tionibus positiu

munem, quod apud Latinos non sit, nisi  
in Græcis dictionibus, quibus ipsi utun-  
tur, vt Cycnus, Tecmessæ, Therapna, Ichneu-  
mon. Theocrit. Idyll. 22.

*λαγῆ σὲ σόμα τύψε, πυκνὸὶ σὲ αργίβησαι ὁ-  
δίοντες,*

*Sinistra verò os percussit, crepitârunt au-  
tem crebriter dentes.*

Idem Idyll. I.

*ηγὴ λέγε τὸν βάσταν νικῶ δάφνιν, αἰλὰ μά-  
χεν μοι.*

*Et dic bubulcum vincō Daphnīn. Sed con-  
gredere mecum.*

Idem Idyll. 15. *ἐπωλὰ δραχμῶν κυνάδας, γραῦσι  
διπλάναται πηρᾶν.*

*Septem drachmis pilos caninos ex vetulis et  
mutilatis ouibus conuulsos.*

Et Idyll. 16. *πειραμάντος*

*πειραμάντος η̄ θῆλυν διπλὰ χεῖρας πύκνον ἔγνω;*

*Quis comatos priamidas aut muliebrem à  
colorē nouit cygnūm?*

#### A N N O T A T.

*Vt hoc præceptum planius intelligas, lege que  
hac de re eruditè scribit noster Emmanuel, ubi de præcep-  
tionibus positionis agit.*

III. Vo-

III. VOCALIS breuis fit etiam apud  
Græcos communis ante literas, μν, ι, υ,  
Hesiod. in Erg.

ἷτε καὶ ἀπάλαμνόν περ ὄμῶς Ἄπιεργον ἐγέιρε,  
Quæ etiam ignavum ad opus excitat.

Homer. Βαρεαχ.

ἄλλ' Ἄπι λέκτεον ιὰν ἄκρον σλάμιυλον κατε-  
δάκνω.

Conscenso lecto summum mordeo digitum.  
Theocr. Idyll. 17.

Θωρηχθεῖς Ἄπι βεστὸν ανάροτον Αἰγυπτίον,  
Armatus in armata hostili animo Aegyptia.

Hom. Odys. 4.

κύπεον Φονίην τε καὶ Αἰγυπτίας ἐπιληθεῖς.

Cyprum, Phœniciam & Aegyptum per-  
errans.

### ANNOTAT.

HINC fit ut pleraque verba ab his literis incapta  
repetant in præterito primam thematis, ut diximus in  
Grammatica cùm de augmento præteriti ageremus. Vi-  
detur autem Martialis simile quid ausus lib. 5.

Sardonychas, Smaragdos, adamantas, Iaspidae vno

Portat in articulo stella, Seuere, meus.

Et Propertius hellenismo r̄sus est hoc versu.

Te sce-

Te scelui  
aur

Et Ouid. 13. 2.

Vadit ad

Alij tamen le

IV. Vo

sæpè proce

lam liquid

cūrsg o

Facit ipse

Hom. hym

iμερέουν

Suanites

Theoc.

μηκαλλ., no

Sepè o Pe

dentur pulch

Avepsē

Ἄρες ἄρε

Mars,

Quæ d

occurru

Alii p

εἰλοέματι

ET LIQVIDA.

15

Te scelus accepto Thracis Polymnestoris  
auro.

Nutrit in hospitio non Polydore pio.

Et Ouid. 13. *Metamorph.*

Vadit ad artificem dirę Polymnestora cedis.

Alij tamen legunt Polymestor.

I.V. VOCALEM breuem etiam tunc  
sapè pro communi habent Græci, cùm so-  
lam liquidam antecedit. Iliad. I.

αὐτὸς δὲ ἐλάχιστη κύνεος.

Fecit ipsos escas canibus.

Hom. hymno in Merc.

ἱμέρόν νενάθησε, θεὸς δὲ τὸ μέλος αὔτος.

Sauanter sonuit, Deus autem melos cecinip.

Theoc. Idyll. II. πολλάκις ω̄ πολύφωνε τὰ  
μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται,

Sapè ô Polypheme quæ non sunt pulchra, vi-  
dentur pulchra.

Ανέρες εστε φίλοι, viri este amici.

Ἄρες ἀρες βροτολογε, μιαυφόνε.

Mars, Mars homicida.

Quæ duo aliquoties apud Homerum  
occurunt.

A N N O T A T.

ALII primum illud testimonium ita legunt, αὐτὸς  
δὲ ἐλάχιστη κύνεος. vel, αὐτὸς δὲ ἐλάχιστη.

B V, IDEM

VI. IDEM quandoque contingit, licet liquida sit in principio dictionis sequentis. Hom. Iliad. 22.

*πολλὰ λιωσομένα: ἔδειπον θυμὸν ἔτεισεν,*  
*Multa precantes, neque Hectori animum flectebant.*

*Et Iliad. 4. ως ὅτ' ἀπὸ σκοπῆς εἶδε νέφος αὐλαῖς αὐγής.*

*Sicut cum nubem ex specula videt caprarius.*

## A N N O T A T .

HÆC Gracorum propria sunt. Quamuis Persius quoque in prologo simile quiddam sibi permiserit.

Cantare credas Pegascium melos.  
*Longa prima in nomine, melos; Est enim scazon.*

LIQUIDAE non solum postpositæ, sed etiam mutis antepositæ liquescunt interdum, tam in eadem, quam in diuersis dictionibus, ut quidam volunt.

*In eadem, v ante θ. Dionys. de situ orbis.*

*καὶ τέλεολιν λιπαρὴν, δρεπόσαλπτε μάχην πόντε,*  
*Tripolim feracem, orthosida, & Maran-*  
*thum.*

*v ante φ. Odyss. II.*

*καὶ πάντας παιδας Αμφιονάτε Ζεύδε.*

Duos habebat filios Amphionem & Zetum,  
*v ante π. Orpheus init. Argonaut.*

*Λείξαί τε Σαλαμώνας*

*mag. v.*

πραγμάτων ἀταρπέσ, ἐπικέπτοντες,  
Ostende vias maris virginei, quod gratum  
erit Heroibus.

Y loco v ante x. Hesiod. in Erg.  
εἰ γάρ τοι νῦν χειραρχόεσσον ἄλλο γίνεται,  
Quod si negotium aliquod quale solet inter  
vicinos, existat.

v ante n, in diuersis vocibus. Iliad. 24.  
Ἄλλ' ἐγὼ οὐδέν τε πέπει κακὸν, καὶ δέκε αἴλοτ  
σεῦ ἀπαλεξήσουμι,  
Nihil mali tibi faciam, quin potius alium  
quoque à te arceam, ne noceat.

v ante r. Iliad. 22.  
τῶν μυῆσαι φίλον τέκνον ἔμυρε δὲ Διονύσος,  
Horum memento chara proles, & fuga ini-  
micum virum.

μ. ante π in illo versu Homeri, hymno in cybelen.  
Ὕποτάλων, τυμπάνωντε λαζή, σὺν τε τρόμος ἀνθάνε,  
Cui crepitaculorum tympanorumque so-  
nitus & clangor tibiarum (placet).

Idē sit apud Catullum, Carm. de Berecynthia & Atti.  
Niueis (citata) cæpit manibus leue tympa-  
num.

v ante vocalem. Dionys. de situ orbis.  
τῷ δὲ θοιωτῶν τε πέδον καὶ λοφῶν ἀρχεσ.  
Et Phocyl. μῆνις ἐσφωτα γνωκάν ἀπειράνσης  
καθέντος.

Neq; amore mulierū totus difflias perditō.

*Nonnunquam corripiunt vocalem non obstantibus  
tribus consonantibus. Hom. Iliad. π.*

*δὲ πότιμον γράμματα τιπέστερα διερόντα ταχέων.*

*Suam sortem lugens & relinquens virilem  
ætatem & iuuentutem.*

*Ceterum omnes iste obseruationes videtur ex deprava-  
tis codicibus natae. Nam ut à primo versu ordinar, cor-  
recti codices ita habent apud Dionysium.*

*καὶ τέπολιν λιπάσην, ὃς θάσιδάτε μάζαντε*

*Apud Homerum verò ita:*

*ταῦτα δέ τινα πάσιν οὐ πάσιν. Αὐτοὶ δέ τοι οὐδέποτε*

*Tertius versus sic legitur apud Orpheum:  
παρθενίν αἰτεῖται.*

*In quarto cliditur a per apostrophum.*

*εἴ γας τοι τὴν χῆναν εὔχωσεν.*

*Quintus sic scribitur apud Homerum:*

*ἀλλ' ἐγώ δέν σε βέβαιον, ἀλλά κεν ἔλλος  
σὲν ἀπαλεξήσουμεν.*

*Sextus versus est iste:*

*τῶν μηνῶν φίλε τέκνον.*

*In septimo qui est Homeri rectè legunt alij: τυπάνω,  
& apud Catull. typanum. est enim typanum idem quod  
tympanum.*

*Octauus, qui est Dionysij, hoc modo scribi debet:*

*τῷ δὲ τῷ βοιωτῶν τε πέδου καὶ λοκεῖς αἴσχεος.*

*Quam Scripturam agnoscit Eustathius, licet alij le-  
gant λοκρῶν, eamque confirmant hoc Tryphiodori  
versus.*

ΕΩΣ

DE M

CAL

Ἐντὸς καὶ ἐν ταῖς φέρησι λόχον κλυτοπώλων Αχαιῶν.

Verum alij apud ipsum Tryphiodorum legunt etiam  
κλυτόπωλον, & apud Phocylidem; γυναικός.

In nono denique versu legunt alij:

Ἐν πότιμον χρώσου λιπόσ' ἀδροπῆτα καὶ ἕβην.

Unus tamen occurrit versus Solonis, ubi breuis ante liquidam & mutam corripitur, & unus Hesiodi, in quo breuis ante duas mutas & unam liquidam nibilominus breuis est.

Prior est iste pentameter.

Αἴτιος δέ τοι ἀνὴ τῶν συλλαμψίν αἰφέντων.

Atticus hic vir unus est ex illis qui Salaminem deseruerunt.

Posterior est iste in clypeo Herculis.

Αλκμήνη, Συγάπτης λαοσός ἡλεκτρίων.

Alcmenē, filia populorum seruatoris Eletryonis.

Nisi quis hic singere velit οὐ νοιον.



#### Caput IV.

DE MODO QVO VO-  
CALES LONGÆ ET  
DIPHTHONGI FI-  
unt breues.

B 3 I. QVAE.

20. DE DIPHTHONGIS

I. QVÆLIBET vocalis & diphthon-  
gus communis est in fine versus, sicut a-  
pud Latinos.

II. V O C A L E S longæ & diphthongi  
breues esse possunt subsequente in alte-  
ro vocabulo vocali aut diphthongo, ne-  
que enim necessariò eliduntur vocales  
concurrentes, vt in latino carmine fieri  
solet. Homer. Iliad. I.

εξ' απίγνωστοι  
μόθῳ Αἰγαίων.  
Neque in obediens fuit dicto Minerua.  
οἱ ζεὺς ἄλλονα μὲν πέλει αἴτησαν,  
ἄλλοναδὲ  
τε.

Theocrit. Et Iupiter quidem nunc sere-  
nus est, nunc pluit.

ἄλλεται ὁ Φεγαλιός μεν ὁ δεξιός. Idem Idyl. 3.  
Salit mihi dexter oculus.

Iliad. I. ἔξω ἐλῶν. οὐδέ κεν κεχολώσεται ὅν κεν  
καργύ.

Außeram; ille autem indignabitur ad quem  
venero.

Ad imitationē Græcorum scripta sunt  
illa à Latinis.

Virgil Æneid. 3.

Insulae

is  
diphthongi  
us, sicut a-

ET LONGIS VOCAL.

21

*Insulae Ionio in magno, quas dira Celano.  
Æneid. 5. Victor apud rapidum simoenta sub  
Ilio alto.*

Et alia quæ ad fert Emmanuel, in quibus  
vocales longæ & diphthongi corripiuntur  
ob sequentem in altera dictione vocalem  
aut diphthongum, nulla elisione facta.

III. ID IPSVM fit interdum, quam-  
uis sequatur consonans in altera dictione.

*Pytha. τέσπε ναταχδοίς σέβε διάμονας εύ-  
νομα ρέζων, quidam legunt, σέβε.*

*Deos inferos cole iustis solutis.*

*Odys. 2. εἰσέκεν ὄμαδι ἵκαμεν Φίλην ἐς πυ-  
ρεῖλα γῆνα,*

*Quod si domum venero in charam patriam.*

IV. SÆPIVS producitur longa voca-  
lis & diphthongus, si in eadem dictione  
vocalem vel diphthongum antecedat,  
quamvis aliquando corripiatur, vt in his  
exemplis.

*Iliad. 6. ἀδειάρε ἀδειάρε δρύαντος οὐδετέ-  
ρος λυθέεγε.*

*Neg enim Dryantis filius fortis Lycurgus.*

*Tyrtæus. μὴ καταλέποντες Φεύγετε τὰς γε-  
φαις*

22 DE DIPH. ET LON. VOCAL.

*Ne fugiatis relicti senibus.*

Theocr. Idyl. II. καθεζόμενος δὲ Πάπι πέ-  
ρησεν ψυλούς εἰς πόντον ὅφεν αὐτοῖς πιαινόμενος.

*Sedens in petra respiciens γὰς in pontum talia  
canebat.*

Sappho. τῷ γειπεῖ πελάγων ταπήρινέ γε  
κερμένους,

κύρτον ιάγκωταν μνάμα κανεζώδες.

*Meniscus parens posuit piscatori Pelagoni  
nassam & rerum monumentum vitamisera.*

V. VOCALIS longa vel anceps ante  
aliam vocalem breuem vel longam non  
corripitur necessariò.

Homer. Iliad. 12. Φοινίκευτα δράκωντα φέρων  
ενυχεωτα,

*Ferens cruentatum unguibus draconem.*

Ζωὸν εἶτα απαίροντα. Ibid.

*Vixum adhuc palpitantem.*

Idem Homer. Iliad. II.

διὰ δὲ εμπερές ίος  
ἐν γαρή κατέστησα

*Penitus autem sagitta in terra fixa est.*

VI. VOCALIS breuis ante aliam vo-  
calem longam, vel diphthongum, corri-  
pitur, nisi producatur quadam licentia:

παπήρ

πατήρ αὐθόντε Γεῶν πε,

Diuum hominumq; pater.

Idem Iliad. 8. εἰσορόων τεών πέλιν καὶ νῆ-

ας Αχαιῶν,

Intuens Trojanorum urbem & naues Grā-

sorum.



### Caput V.

## QVOT MODIS QVAN- TITAS VOCALIVM AN- CIPITVM COGNO- scatur.

HACTENVS de diphthongis vocalibusque natura breuibus & longis dictum est, quomodo illis vtantur & interdum etiam abutantur Poëtæ. Sequitur iam ut regulas tradamus cognoscendi quantitatem ancipitum vocalium, in quibus, ut suprà me dicere memini, omnis prope modum difficultas Græcæ Proſodiæ versatur. Videntur autem si non plures, quam Latinis, certè non pauciores Græcis sup-

B 5 petere

petere rationes inuestigandi quantitatē harum vocalium. Nam ancipitum quantitatē agnoscere licet, i. Accentu. 2. Contraktione. 3. Dialecto. 4. Deriuatione. 5. Compositione. 6. Incrementō nominum. 7. Incremento verborum. 8. Regulis quibusdam specialibus tam de vltimis quàm de non vltimis syllabis. 9. Vſu & præceptis latinæ linguæ & Prosodiæ. 10. exemplo & auctoritate, seu vſu & lectione Poëtarum.



## Caput VI.

## DE ACCENTV.

I ANTEPENULTIMA acuta, semper breuis est vltima, exceptis Atticis, ὡ μενέλως, τῆς πόλεως, ciuitatis, τῶν πόλεων, de quibus lib. I. cap. 22. exceptisque diphthongis αι & οι, quæ in ratione accentuum habentur breues, non autem in quantitate, η πάτνια, veneranda. η τράπεζα, mensa. η ἀστέργεια, impuritas. η δοξέθεια, pietas. η ἀλήθεια, veritas. η θεργητία, ancilla. η ποφα, επιψα, έπιψας,

HAC regi  
tō & expedie  
bulorum, qua  
stant.

II. VI

nultima c  
tio. μέση,  
tum, μέσος  
δέσια, juan  
gestum. κα  
berata. πο

η θι, στα. ψ  
voco. τὸ πο  
Φῶνξ, Ph

pediuntu  
habeant b  
III. C

centum a  
tem que

τυψας, verberau. τὸ σίνηπ, sinapi. τῷ μέλιπ, melli. τὸ διγόμελον, vinum mulsum. ὁ νεὴν φιλότητεσ, amans patriæ. ὁ οὐχ ηὔχαεις, gratus. ὁ οὐχ ηἄχαεις, ingratu. ὁ πέλεκυς, securis. ὁ οὐχ η νέηλυς, aduena.

## A N N O T A T.

HAC regula cerissima & nusquam non obvia certò & expeditè cognoscet quantitatem plurimorum vocaliorum, quæ in ultima syllaba ambiguis vocalibus constant.

II. VLTIMA breuis est, quando penultima circumficitur, nisi obstet positio. μῆση, μῆσαι, Musa. η μοῖρα, parca, fatum, μοῖραι. Βαρεῖα, grauis. ὥξεια, acuta. ηθεῖα, suavis. σῶμα, corpus. θῆμα, sedes, suggestum. χεῖμα, vīsus, pecūnia. τυΦθεῖον, verberata. πιθεῖον, θεῖον, ponens. διδύμη, dans. εῆθι, sta. γνῶμη, cognoso. σῆμη, subeo. κλῦμη, voco. τὸ πῶμη, grex ouium. ὁ πῆχυς, cubitus. at Φοῖνιξ, Phœnix. ἀνδρᾶς, sulcus, & similia, impediuntur positione, quo minus ultimam habeant breuem.

III. Cum penultima natura longa, accentum acutum habet, signum est, anticipatum quæ est in ultima syllaba, esse longam,

ηλῆδα,

τοῦτο

η λέδα, Leda. η ὥρα, hora, η φαιδρα, Phae-  
dra, η σελεία, seruitus. η λατεῖα, cultus. η θεο-  
σιλεία, regnum. ὁ Αιγείας, τῷ Αιγείᾳ, ὁ Αιγεία,  
Aeneas. ὁ Αἴας, Ajax. η διδαία, iusta. τὰ μέ-  
ση in Duali.

## ANNOTAT.

RATIO huius regula est, quia longa ante ultimam  
breuem, si accentum habet, circumflexum habeat opor-  
tet, ut ex doctrina accentuum constat. Hinc necessario  
colligimus, ultimas in predictis, aliisque similibus voca-  
bulis esse longas.

IV. QVANDO masculinum est propa-  
roxytonum in ἡσ vel ὅσ purum, fœmininum  
verò eius paroxytonum, pro certo  
habeas, ultimam fœminini esse longam, ο  
ἄγρο, sanctus. η ἀγία, τὸ ἄγιον. η μέτερ, po-  
ster, μέτέρα. μέτερ, νέστη, μέτέρα, νε-  
stra. ὁ σφῶτερ, sapientior, η σφωτερ.

V. ANCEPS nominis paroxytoni bre-  
uis est, si ultima quoque breuis sit. τὸ ξύλον,  
ξύλα, lignum. ὁ φίλο, amicus. τὰ φίλα, ami-  
ca. μάλα, valē. ἄμα, simul. πολλάκις, sapè. πε-  
ρέάκις, quater. πεντάκις, quinquies. η φύσις,  
natura. η λύσις, solutio. ὁ βίο, vita, τὸ χάος,

ANNO-

RATIO  
ultimus pradi-  
rentur, iuxta  
ante finalem b-  
cumflexum. Na-  
dendū est, viru-  
tima, nihil indi-  
cte, gl̄s, circu-  
us fit, quanti-  
judicium erit d-  
vit ξλον in-  
liquis.

VI. OM  
est, ὁ πῦ, m  
ημᾶς, νος. η  
μῆτερ, se-  
νά, Miner-



DE C

NE

I. O MI

ANNOTAT.

RATIO huius precepti est, quia si a, i, u, in— per  
multimis predictarum vocum longe essent, circumflecten-  
tur, iuxta regulam accentum, que docet longam  
ante finalem breuem, si habeat accentum, habere cir-  
cumflexum. Ne quis autem decipiatur, diligenter atten-  
dendū est, virum ultima corripiatur. Nam si longa sit ul-  
tima, nihil inde colliges de quantitate penultima, vt ξι-  
ας, φιας, φιαφ, &c. nisi ex alio casu, cuius ultima bre-  
uis sit, quantitatem iam indagaueris, tunc enim idem  
iudicium erit de casibus, quorum ultima longa est. Nam  
vt ξινον in recto primam habet breuem, ita & in ob-  
liquis.

VI. O M N I S syllaba circumflexa longa  
est, ὁ μῦς, mus. ὁ νέφελος, nūs, sus. τὸ πῦρ, ignis.  
ὑμᾶς, vos. ἡμᾶς, nos. ὑμῖν, vobis. ἡμῶν, nobis.  
ὁ μῆν<sup>ς</sup>, sermo, fabula. ὁ πῦλος, pileus. ἡ ἀργυρᾶ,  
Minerua, ἡ μνᾶ, mina.



## *Caput VII.*

# DE CONTRACTIO- NE ET DIALECTO.

## I. OMNIS syllaba ex contractione nativa sive

## 28 DE CONTRACTIONE

ta siue circumflexo notetur, siue non, longa est, ιρέατα, ιρέας, ιρέα, carnes. ἐθόαι, ἐθόα, θόαι, θόα. τῇ πόλι, ciuitati, τῇ πόλι, πόλιες, πόλις. οἱ βότρεις, βότρυαις, βότρυς, botri. ὁ ἄνω, pro ἀνω, inuitus.

## ANNOTAT.

- VIDENTVR interdum Poëtae hoc preceptum non obseruare. Apoll.

Αρχέμενοσ τούς φίλους παλαιγενέων κλέα φώτων μηδοματ.

- Incipiens à te ô Phœbe, prisorum facta vi-  
torum canam.

Et in illo Epigrammate.

οἱ κόεις ἀχει κόρεις κορέσαντό με, ἀλλ' ἐκοσέσθι,  
Ἄχει κόρεις κάντος τὸς κόεις ἐκκελέους.

Cimices ad satietatem usque satiati sunt ex  
me, sed ego vicissim satiatus sum usque ad sati-  
etatem, excorians cimices.

Epigramma est petitum ex annominatione τῆς κόρης,  
κόεις, & verbi ἐκκελέους.

Priori quidem versu Apollonij corripi videtur &  
contractum, in hoc vero epigrammate iota contra-  
ctum.

Sed dicendum est tales syllabas non per contrac-  
tionem, sed exemptione alterius litera factas, κλέα ab-  
lato & per syncopen-, κλέα, ultima breui, & κόει-  
is exempto & manet iota breve. Aliud est enim con-  
trahit  
contractionis

ndio & syn-  
quam apud La-  
II. Αλφ  
ongum est  
ἀδίπτη  
pro iōly. η τ  
Dulcis es  
illa.  
Ibid. ατ  
Ornata p  
LONG  
venit ex γ,  
ocr. Idyll.  
αίκα την  
Si ipse acc

ALIQUA  
n, & ὄρα pro  
terdum apud e  
III. A  
Poëtas, qu  
θεοντο  
Et Theocri  
Bono ani

OMINA

tractio & synesis, aliud syncope, tam apud Gracos quam apud Latinos.

II. Αλφα Doricum natum scilicet ex η longum est. Theoc. Idyll. I.

ἀλύπη τὸ φθύεσμα, καὶ αἱ πίνις αἴπλε τῆνα,  
πρὸ ηδῷ, η τίνη, vel ἐκείνη.

Dulcis est susurrus & pinus o Caprarie illa.

Ibid. ἀσκητὰ πέπλωπενή ἀμτυκη.

Ornata peplo reticulogue.

LONGVM est etiam illud quod non  
venit ex η, sed ex ε, ut αἴκα, pro είνε. The-  
ocr. Idyll. I.

αἴκα τὴν Θέλη κερχὸν τεάζον,

Si ipse acceperit cornigerum hircum.

#### A N N O T A T.

ALIQUANDO fit contrarium. Nam τίκη pro πό-  
τε, & οὐκ pro δέ, & ἄλλον pro ἄλλοτε, corripiuntur in-  
terdum apud eundem Idyl. I. 4. & alibi.

III. Αλφα Μελικum breue est apud  
Poëtas, quamuis ex η factum. Iliad. 3.

Μενέρ Ιθι νύμφα Φίλη, pro νύμφῃ.  
Et Theocr. θεροῦ καρφίλα,

Bono animo sis. pro κώρη, seu κέρη, puella.

ΟΥΙΑ

ANNO-

30 DE CONTRACTIONE  
ANNOTAT.

IDEM quod Aeoles faciunt Latini. Ultimam enim in his, fama, plaga, machina, aliisque corripiunt, licet descendant à Grecis, φίμη, πληγὴ, μηχανὴ.

IV. AEOLES quoque α, alioquin longum, corripiunt in accusatiuis pluralibus primæ & secundæ simplicium, atque in participiis in ας. Theocr. Idyl. 21.

α πενία, δό Φαυτε μόνα τὰς τέχνας ἐγέιρει.

Paupertas, ὁ Diophante, sola excitat artes.

Idem Idyl. 1. πάντα δὲ ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἀπίτιος ὄχνεις ἔνειναι,

Omnia commutentur, & pinus pira ferat.

Idem Idyl. 3. τίτυρ' εἰμιν τὸ παλὸν πεφιλαρέ-  
νε βόσκει τὰς αὐγὰς.

Tityre mihi valde chare, pascē capellas.

Idem Idyl. 5. πᾶσας ἵγια λαστῶ συβαρέ ποδο-  
ἔνοδοιη πράνας.

Omnes ego lauabo in fonte Sybaritico.

Et Idyl. 4. βόσκει δέ μοι ἀντας ἐδίωκεν,  
Illas mihi pascendas dedit.

Hesiod. δῆθος αἰλυκτοπέθησις περιηδέα,  
Ligans Prometheus vincilis ineuitabilibus.

Idem Theog. πῆθος οἷς ἡματα πάντα ἔσε με-  
ταναέτας είναι.

Filios cunctis diebus suos esse incolas.

OMINA

ANNO-

PRO sinc  
mæ syllabæ in  
Hinc alpha lo  
tima, alpha re  
autem paſſim a  
reptionis exempl  
confectaverunt  
carminis seruari  
V. ΑΛΦΑ  
penultimis  
γα, μέναι,  
βεβαώς, lic  
μέμηνα, βε  
ι, breui.

DIXIM V  
15. & paſſim in  
Notetur tan  
liquando penu  
gam cum in ob  
λαζι θεόνα  
Populat  
Breue, i  
ἐν δυμοῖς  
In animo

VI. ΑΛΦΑ

## ET DIALECTO.

31

## A N N O T A T .

PRO Δήκας ultima longa. Nam si quantitas ultimae syllabae mutetur, omnino etiam mutatur accentus. Hinc alpha longo in hac voce, νόεξ, acutus est in penultima, alpha vero breui, circumflexus, νοέξ. Occurrunt autem passim alia apud Theocritum huius Aeolica correctionis exempla; licet enim ipse Doricam Dialectum, consecraretur, non reiiciebat tamen Aeolicam, quando carmini seruiebat.

V. Αλφα quoque Ionicum breve est in penultimis præteriorum Ionicorum, γέχασ, μέμασ, ἐσάσ, βέσασ, γέρασ, μέμασ, ἐσάσ, βέβασ, licet ex η oriatur, ablato κ, γέγησ, μέμησ, βέβησ, ἐσησ. Sic πέφινα, ωέφινα, ο, breui.

## A N N O T A T .

DIXIMVS de his præteritis in Grammatica, capite 15. & passim iauenies apud Homerum, & alios exempla.

Notetur tamen hic hoc participium μεμάσ habere aliquando penultimam longam, aliquando breuem, longam cum in obliquis habet ο. Iliad. 2.

λαὶ δωρέοντο μεμάστες ἐγχέησ

Populi armabantur, hastis prompti.

Breuem, cum in obliquis habet ο. Iliad. 3.

ἐν δυμῶ μεμάστες αλεξέμεν,

In animo cupientes opitulari.

VI. Αλφα Ionicè insertum tertii per-

C sonis

32 DE CONTRACTIONE

sonis pluralibus passiuis & mediis praesentis, præteriti, plusquamperfecti, & futuri, breue est, πενταμ, verberatisunt, θεολήσιον, vel Εεβλήσιον, τωτοίσιον, τυφοίσιον, &c. ἔσται pro ἥπται, sedent. κέαται, pro κένται, iacent.

A N N O T A T.

D E his personis multa dicta sunt libro primo, cum de verbo passivo ageremus. Exempla passim sunt obvia in Homero.

VII. ΑΛΦΑ Ionicè interpositum verbis circumflexis in αω, producitur si syllaba proximè antecedens sit longa, μαίμας, μαίμα, μαμά à μαμάω, impetu feror, incitor, vehementer desidero, μενονάω, incitatus cupio, μενονᾶ, μενονᾶα Homer. Iliad. 19.

εἴπερ γάρ θυμῷ γε μενονάα πολεμίζειν.

Etiam si animo promptus sit ad pugnandum;

A N N O T A T.

D E hac litera α interiectione plura habes lib. I. in secunda coniugatione circumflexorum.

IIX. S I SYLLABA antecedens proximè literam α sit breuis, ipsum etiam αλφα breue erit. Ilia. 13.

πολέμοιο μενονᾶ

Ανδασ.

Cupit

Sic Bodilia & prius  
σως, seruat  
IX. PE  
μι, πέσσος,  
πι, sunt, & i  
bent. Iliad  
και τις  
Gregatii  
Hom.  
νεστόρες  
Tales su

FIT hoc  
personam ve  
re, τι πέσσοι, τι  
X. BRE  
ηγνη, εύγνη  
λαν, εύλαν  
quibus li  
XI. Q  
abiicitur  
Φένυχ, fi  
πράγματος, p

Cupit bellum capessere.

Sic Βοά, μηχανίαν, ἔγγασταν & similia & prius breue habent, ut & εσώρε, πρέωρε, seruant.

**I X.** PERSONÆ Ionicæ verborum in  
μι, πθέασι, διθέασι, ζευγάσι, & ξασι, πρέ-  
αι, συντ, & ιασι, πρεισ, ειντ, a longum ha-  
bent. Iliad. 16.

καὶ τὸ ἀγεληθὲν οἰστὸν διπλούντης μελανύδρε.

Gregatim veniunt à fonte nigra aquæ.

Hom. Odys. 19. πιστοι πιστοι οἱ λήμο-  
νες ἄνθρες έστοι.

Tales sunt viri pauperes & erratores.

#### ANNOTAT.

FIT HOC ob generalem regulam, quæ docet omnem personam verbi desinenter in οι, penultimam produce-  
re, τύποις, τετύφασι, πθέασι, &c.

**X.** BREVE est & exη per diæresin natū,  
ηγνη, έάγνη, ηγα, έάγα, κατάγα, fractus sum, η-  
λων, έάλων, captus sum. ηξα, έαξα, ουνέαξα. De  
quibus lib. 1. cap. 23.

**XI.** QVANDO ex diphthongis vocalis  
abiicitur, anceps quæ remanet breuis est,  
Φευγω, fugio, Φυγή, fuga. πειθω, persuadeo.  
πιθανός, probabilis. τέλευτα, iugum. οἶγυος.

**C 2 XII. QVAN-**

34 DE CONTRACT. ET DIALEC.

XII. QVANDO diphthongus propria vel impropria per dialysin dissoluitur in duas syllabas, tunc vocales ancipites corripiuntur: vt, *máis* pro *moīs*, *éū* pro *ōū*, *áiōlīs* pro *ādīls*. Hesiod.in Erg.

κρύψει δὲ πῦρ, τὸ μὲν δὲ θῆσ εὐς ποὺς ἀπετοῖ,

Abscondit verò ignem, quem rursus bonus  
Iapeti filius.

Tryphiód. καὶ σκῦρον μὲν ἐβαίνει λιπῶν εὐ-  
πάργενον ἄσυ.

Scyrum abiit, relinquens urbem pulchras  
virgines habentem.

Iliad. 15. Ζεὺς καὶ ἔγώ, τείκατο δὲ αἴδης  
ἐνέργοισιν ἀγάσσων.

Iupiter & ego, & tertius Inferis imperans.

A N N O T A T .

ALIQVANDO tamen producuntur huiusmodi  
vocales. Theoc. Idyll. II.

Ἐτο γὰν φάσα μιᾶγ' ὁ κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

Sic igitur facilimè viuebat noster Cyclops.  
φάσα pro φᾶσα

ὁ Σπάξ, Thrax, dialysi Ionica, οὐδὲ in obliquis ali-  
quando corripitur, vt Iliad. 4.

Οὐδὲν ἀκένομοι. Σόλιχ ἐγχειρίσθιν εὔοτες;

Thraces comati longas hastas manibus te-  
nentes. aliquando productur.

Dionys.

DE I

Dionys. à  
Ipseque T  
tes.

DE I

N E

I. D E R  
eorum à  
stis, η διν  
καρονή, iu  
breui. τυδ  
primalon  
ητής, uitio  
κελον, pri  
κετηνος, p  
κατα, κατα

HAE C I  
ad cognoscend  
et ex illis, qu  
Verbum vici

A L E C.

us propria  
soluitur in  
ipites cor-  
o dū, atdys

giametō,  
ursus bonus  
e λιπάν εύ-

m pulchras

dī atdys

imperans.

r huiusmodi

er Cyclops.

obliquis ali-

entes,

anibus te-

Dionys.

## DE DERIVAT. ET COMPOS. 35

Dionys. ἀυτοὶ δὲ δρῖκες καὶ τείγρα γῦναι ἔχοντες.  
Ipsique Thraces immensam terram haben-  
tes.



### Caput IIX.

## DE DERIVATIO- NE ET COMPO- SITIONE.

I. DERIVATA sequuntur naturam eorum, à quibus deriuantur: ὁ δίκαιος, ius-  
tus, ἡ δίκη, iustitia. δικαιῶ, iustum facio. ἡ δι-  
καιούση, iustitia. τὸ δικαιώμα, omnia prima  
breui. πρᾶτος, honoro. ὁ τίμιος, honorandus,  
prima longa. νικάω, vingo. νίκη, victoria. ὁ νι-  
κητής, victor, prima longa. νέκυω, iudico, ἐ-  
νεκυόν, prima longa in omnibus ὁ νικητής, ὁ  
νικητός, prima breui. Sic ἀντά, ἀντο, supra,  
κατὰ, κατώ, infrā, itidem prima breui.

### ANNOTAT.

HAE C regula de deriuatis magnum subsidium adsert  
ad cognoscendam quantitatem verborum, ut planum si-  
et ex illis, que infra dicemus de verborum incremento.  
Verbum νικάω corripi dicitur in illo versu,

Αργυρέας λόγχης μάχει καὶ πάντα νικήσεις.

Alij tamen legunt, καὶ πάντα κρατήσεις.

II. M V L T A quæ suæ originis naturam non sequuntur, vñsu assiduaque Poëtarum lectione discenda sunt, vt ἡ μανία, furor, prima breui, ὁ μανίος, & μανιαῖς, prima longa. Orph. in Bacch.

κινλήσω σε μάκαρ τολυάνυμε, μανικὲ βακχεῦ.

Voco te beate, multorum nōminum & furiose Bacche.

Sic ab ἀεὶ, semper, prima breui, fit ὁ καὶ ἡ αἰδηὶς, aeternus, &, ὁ οὐχ ἡ ἀέναις, perennius, prima longa.

III. C O M P O S I T A ferè sequuntur breuitatem vel longitudinē suorum simplicium, ἡ γυνὴ, mulier, prima breui. ὁ ἀνδρόγυνος, Androgynus. ἡ πυὴ, honor. ὁ οὐχ ἡ ἀπιμος, inhonorus, penultima longa. ὁ θυμός, animus. ὁ οὐχ ἡ μεγάθυμος, magnanimus. u longo. ὁ κερτης, ὁ κασκερτης, hypocrita. ὁ λαὸς, populus. ὁ Μενέλαος. ἡ σύστις status. ἡ κατίστησις. ἡ Φερόσις, phassis, locutio. ἡ μετάΦερσις, ἡ παραΦερσις. πᾶσι, omnis, ἀπισι, σύμπισι.

IV. P R A E-

IV. PR  
pittem desi  
tem, & ext  
si positio o  
δῆτι, ἀντι  
cumeo. πα  
ταβάλλω, d

POETAI  
in composition  
qua de re dixi  
mus, pro ari

INTER  
αγαθὸς εἰ  
Bona est

Interdum  
infra suo loci

V. PR  
syllabaan  
piunt, su  
xat, ἀν  
niat.

VI. A,  
ἀδημα;  
καὶ ἡ ἀπ  
ἀπιμος,

E.  
sis.  
s naturam  
Poëtarum  
vici, furor,  
es, prima

uavine Bax-  
m & furio-  
ii, fit ὁ καὶ  
Θεοὶ, peren-

sequuntur  
prum simi-  
cui. ὁ ἀν-  
bor. ὁ νύ-  
onga. ὁ νυ-  
gnanimus.  
hypocrita. ὁ  
atus. ὁ κα-  
μετάφε-  
πιον, σύμ-

IV. PRÆPOSITIONES quæ in anci-  
pitem desinunt, breuem habent ancipi-  
tem, & extra & intra compositionem, ni-  
fi positio obstat. παχὴ, ἀμφὶ, ἀνὰ, κατὰ,  
Ἐπὶ, ἀντί. ἀντιλέγω, contradico. περιτέχω, cir-  
cumeo. τὸ ἀμφίθεατον, Amphitheatrum. κα-  
ταβάσις, deilio.

ET COMPOSITIONE. 37

ANNOTAT.

POETAE ex κατὰ, ἀνὰ, παχὴ, sepè abūcere solent &  
in compositione & extra, quamvis sequente consonante,  
qua de re diximus lib. I. cap. 13. κατέθεο, pro κατάθεο,  
ἀντά, pro ἀντάσι.

INTERDVM additur iota ad alpha. Iliad. Λ.

ἀγαδὴ παχαιφόρος θηρετικός

Bona est admonitio sodalis.

Interdum producuntur solita Gracorum licentia, ut  
infra suo loco allatis exemplis planum fiet.

V. PRÆPOSITIONES quæ in prima  
syllaba ancipitem habent, eandem corri-  
piunt, siue in compositione, siue extra,  
κατὰ, ἀνὰ, nisi licentia quadam sectus euc-  
niat.

VI. A, priuatiua particula breuis est, ὁ  
ἀδάμας, adamas. ὁ νῆσος ἀτομός, atomus. ὁ  
νῆσος αἰχμός, inornatus, immundus. ὁ νῆσος  
ἀπόρος, inhonoros, ὁ νῆσος ἀκλεῖς, inglorius.

Hom. Iliad. I. οὐδὲ φελεσ παρεῖ νησιν α-  
στάνοντ<sup>ς</sup> καὶ ἀπήμων, ηδαν.

Vt in am sederes ad naves sine lachrymis &  
damno.

VII. CORRIPIVNTVR ancipites  
harum vocularum inseparabilium ζα, αζη,  
εζη, θη, βη, οζη<sup>ς</sup>, diuinus. ο νηγη αε-  
σηλος, conspicuus. ο νηγη εζιβωλαξ, ferax. ο  
νηγη σιθερως, perditē amans. ο νηγη θισωδης,  
olidius. ο βελαρος, robustus, validus.

Hesiod. αιθ' ελικῶνος εχεστην ζεος μέχετε ζα-  
ζεντε,

Quae Heliconis montem habent magnum  
& diuinum.

Hom. Odyss. II. νητίνου εισον γαιης εε-  
κυσίεος ιὸν,

Videtiam Tityum terræ clara filium.

Hesiod. ρέα δη αειγηλον μινύθει νηγη αειγη-  
λον αεζει.

Facile deprimit illustrem, & obscurum ex-  
tollit.

IIX. SI PRIOR pars compositionis  
in a, vel u desinat, plerumq; corripitur,  
ο νηγη μεγάθυμος, magnanimus. ο νηγη λυσιμε-  
λης, soluens curas, vel membra. ο νηγη καλλι-  
πάρηνος,

DE A

ME

QVID

notum est ex P  
las hic praefcribe-  
tionum, quibus  
sci queat.

I. A incr-  
gularis sim-  
iusdem, &  
est. Averiao,

Hesio.

αεζει d

πάρης, pulchras genas habens, ὁ καὶ οὐκεπής,  
suavis in dicendo. ὁ πολύδιωρς, Polydorus, ὁ  
πολυδάμας, Polydamas. Hom Iliad 1.

τῶς γάρ τι μέστος γέρας μεγάθυνοι Αχαιοῖς.  
Quomodo enim tibi munus dabunt magnan-  
imi Achaei?



### Caput IX.

## DE ALPHA INCRE- MENTO NOMINUM PRÆCIPVE QVIN- tæ Declinationis.

QVID sit incrementum nominum & verborum, notum est ex Prosodia Latina. Hoc igitur omisso, nonnullas hic prescribemus preceptiones de incrementis declinationum, quibus quanta sunt haec vocales, ε, ι, υ, cognosci queat.

I. A incrementum Doricum genitiui singularis simplicium, & genitiui pluralis eiusdem, & secundæ simplicium, longum est. Αιείαο, αιείδιών. μισθίων.

Hesio. ταλαιόδων ἀτλαζενέων ἐπιτελομενάων  
ἀρχεδ' ἀμπτᾶ, αἴροτο δὲ δυσομενάων,

C 5 Pleiadis

40 DE INCREMENTO

Pleiadibus orientibus incipe metere,  
Arare vero occumbentibus.

Corripitur tamen interdum & incrementum plurale secundæ simplicium.

Dionys. ἀλλ' οὐ πολάρων μὲν ταῖς πόδες  
καπιάσων.

ANNOTAT.

Aliud incrementum non est in primis quatuor declinationibus simplicibus. Nam λόγῳ, λόγοι, λόγοι, & similia, primo statim aspectu suam quantitatem demonstrant.

huius aoristi habent.

V. IN IMPERATIVO singulari cor-  
ripitur ν in polysyllabis. κένλυθι, κένλυτε;  
ζεύνθι: at disyllaba producuntur. Iliad. I.  
κλῦθι μελ αργυρότεξε.

Audi me Apollo.

Homer. Iliad. 19. αἰλλ' ὄρσεν, πόλεμόν σθενε  
ἄλλας ὄρσεν θι λασσ.

Sed

Sed exit  
populos.



REGI  
CENDI  
ANC  
&

I. ANC  
brenem, si  
cessariò, vt a  
nenum, sagit  
dicus, prima

Homer.  
ταχεύ τεχν

Anfis n  
mittere?

επνδ L  
ante vocalen  
vocalis ante vo  
tione, partim p

Sed excitare , & in bellum alios impelle  
populos.



### Caput XVI.

## R E G U L Æ C O G N O S - C E N D I Q V A N T I T A T E M A N C I P I T V M I N P R I M I S & mediis syllabis no- minum.

I. A N C E P s vocalis ante aliā siue  
brenem , siue longam , non corripitur ne-  
cessariō , vt apud Latinos fieri solet . iōs , ve-  
nenum , sagitta . ἀρρεν , aēr . ἵππος , seu iārgos , me-  
dicus , prima longa .

Homer. Iliad. 4. τλάγης μὲν μενελάῳ οἵτι-  
νοι εἶμεν ταχὺν iōν ;

Ausis ne Menelao celerem sagittam im-  
mitteret ?

### A N N O T A T .

A P Y D Latinos pauca sunt latina , que vocalem  
ante vocalem non corripiant . Quando verò apud Græcos  
vocalis ante vocalem corripiatur , disces vſu & obserua-  
tione , partim præcepis , partim etiam subsidio Prosodia ,  
& lin-

& linguae Latine; quis enim nescit hoc vocabulum ἄνθης, primam producere, item illa μαχάσων, Machaon, διδυμάσων, πτοτεύσων, & similia penultimam habere longam? ἀντεπορριπτίται Phocylide hoc versus:

σῶμα γὰρ ἐπὶ γάινος ἔχουν καὶ πάντες ἐστὶν αὐτοῖς  
λιθίμενοι κόνις ἔσπειρον, ἀντεπορριπτίται πτοτεύσων.

Corpus enim habemus ex terra, & omnes in eam resoluti, puluis sumus, aëris verò seu cœli recipit spiritum.

II. A in superlativo semper corripitur. σοφώτατός, sapientissimus, πραϊστατός, mitifimus.

III. NOMINA in οἱ paroxytona, quæ ultimam habent longam, penultimam corripiunt. σοφία, φιλοσοφία; μαέσα, συμφωνία, ὀρθογενεφία, & alia huius generis.

#### ANNOTAT.

EXCIPIT solent hæc, ἀντα, seu ἀνίν, tristitia. κονίν, seu κονία, puluis. αἰκίν, iniuria, plaga. καλὺν, seu καλία, nidus. ὄρμη, tenuis funiculus, linea piscatoria ex setis equinis.

Eft tamen cum corripiuntur.

Theognis. μή ποτὲ ἀνίκεσον, κίνητε λάβετες ἀνίν.

Ne vñquam tristitiam immedicablem asumas.

Iliad.

Iliad. 2.

Pronous

hendar.

Sophoc. E

Quæ ipf

Phoryl. un

Neque a

ex nido.

Solent im

quantumvis

Theocritus seu

οἰνοζένεο

Syrinx et

sapientia.

Odyss. 22,

Benefici

Fit hoc qu

χρημάτων, a

ter, & in ali

nonnumquam

dum syllabam

vit in nomi

maxime prop

lia bīusmodi

phia, Symp

sent longe, ve

in locis vñstare

tur. Notum

Iliad. 2. προνέεις εὐ κονίστον διάδεξ λαζοίατο γαῖαν.

Pronus in puluere mordicus terram apprehendat.

Sophoc. Elect. ἀνιψιανέφεν αἰχλαῖσταις εὐ αἰκίαις.

Quæ ipsum occidit iniuria turpisissima.

Phocyl. μηδὲ περιθανάτων ἄμα πάντας ἐλέθω.

Neque accipiat quis simul omnes volucres ex nido.

Solent interdum Poëta solita sua licentia alias quoq;  
quantumvis natura breues dictiones in iæ producere, ut  
Theocritus seu quis alius auctor in Syringe.

οὐεγένεον τέχεις ἀδει δέ σε μέτερ σοφίας,

Syrinx nomen habes, canunt vero te metra  
sapientiæ.

Odyss. 22. ὡς κακοεργίας ἐνεργεῖν μέγ' ἀμείνων.

Beneficium maleficio longè melius est.

Fit hoc quia breuis est inter duas longas, vt & in his  
κρομμύων, & κρόμμυον, cæpa. ρνδών, ab ḥ vndūs, ven-  
ter, & in aliis. Hinc non adeò condemnandi sunt, qui  
nonnunquam in latino carmine idem sibi permittunt,  
dum syllabam breuem inter duas longas sitam producant,  
vt sit in nomine Andreas, Matthias, & in similibus,  
maxime propriis. Illi vero ferendi non sunt, qui hec & a-  
lia huiusmodi arbitratu suo producent, Maria, So-  
phia, Symphonia, harmonia, quasi penultime es-  
sent longe, vel certè communes. Nec refert quod multis  
in locis vñstat accentu acuto illa vocabula pronuncian-  
tur. Notum enim est accentum & quantitatem apud

*Gracos distingui. Vnde in carmine non attendendum  
quis sit accentus, sed quæ quantitas.*

**I**V. **B R E V E** est iota in diminutiis in  
*ιων, ρχαμψάλιον, litterula. τὸ σλογμάτιον, do-  
gma. τὸ κορχίστον, puella.* Et in comparatiis  
neutrīs, *βέλπιον, melius. ἡδίον, suauius. γλύκιον,  
dulcius;* & in multis adiectiis in *ιως, ὁ αὔξιος,  
ὁ οὐαλέζιος, dignus, indignus. ὁ ὄλβιος, felix;* &  
in multis substantiis, *ὁ βίος, ὁ Σιοτός, &c.*

Mimnermus, *αὐτίνα πεθνῶνται βέλπιον ἢ  
βιοτός,*

*Statim mori melius est quam vivere.*

**C O R R I P I T U R** quoque iota in no-  
minibus possessiis in *ιως, ὁ αὐθεώπιος, hu-  
manus, & significantibus materiam, ὁ λιθι-  
νός, lapideus. ὁ κέδριος, cedrinus. ὁ ξύλιος, li-  
gneus.* Tempus item & horam significanti-  
bus, *ὁ εἰαρινός, vernalis. ὁ ζευκτός, æstivus. ὁ ων-  
τερινός, nocturnus. ὁ ὥστηρινός, autumnalis, li-  
cet penultima quoque longa legatur, Ili-  
ad. 21. & alibi.*

*ως ὅτι ὁ ὥστηρινός Βορέης, &c.*

*Sicut cum autumnalis Boreas.*

#### A N N O T A T.

**C O M P A R A T I V A** masculina in *ιων, & neutrīs*  
quoque producuntur nonnunquam. *Philemon.*

*τῆται*

ηδίον ἐδίεν, ἐδίε μαστικά τερον  
ἔστι οὐδυναδει λοισθεύμενον φέρειν.

Suauius nihil est, neque magis musicum,  
quam posse conuitia ferre.

$\tau$  in pronominibus producitur, υμεῖς,  
ὑμῶν, ύμην, ύμας, ύμέτερ $\Theta$ . At in nominibus  
polysyllabis fœmininis in οὐη, & υης, corri-  
pitur γησούη, latitia. Βερεσθεή, tarditas.  
γλυκυτης, dulcedo. παχυτης, celeritas, & in  
aliis.

## ΕΓΓΡΑΦΑ ΕΓΓΡΑΦΩΝ

### Caput XVII.

## DE QVANTITATE ANCIPITVM IN VLTI- MIS SYLLABIS.

A.

I. OMNIA nomina paroxytona secun-  
dè simplicium in ια, εια, εα, οια, ια, & εη, pro-  
ducunt ultimam, η σφία, sapientia, η πενία,  
paupertas. η θλεία, seruitus. η πεφητεία, Pro-  
phetia. η θέα, spectaculum. η λίθα, Leda. η  
μάρθα, Martha. η πέτρα, petra. η εχαρεα, focus.  
η μεση, dies.

EX C I P E īa & mīa, vna.

(άγοι,

Theognis. ἀνθρώπος οὐ ταῦτα μὴ μία πάντας

Homines quos ναύται non vna omnes agit.

II. PAROXYTONA quæ ante a geminum habent sigma, aut vnam duplice, corripiunt vltimam, ὄσσα, fama, vox. λύσα, rabies. δόξα, gloria. Φύσα, fuga. δίψα, sitis. quibus adde τόλμα, audacia.

Ody's. I. οὐ τοι εἴτε γοι βροτῶν η ὄσσαν αὐτοῖς.

Si quis tibi dicat mortalium, aut famam. audaueris.

Iliad. 9. Αὐτέργες καὶ δέ θεοίς, κεχαρηγή σὲ εἰ λύσα, δέδυκεν.

Magna ipsum inceſt rabies.

Theognis. Δίψα σὲ λυσιμελῆς ηγή μεθυσίς χαλεπή.

Sitis membra soluens, εἰ ebrietas gravis est.

Hom. Iliad. 9. Θεωτοῖς ἔχε φύσα φόβος καυ- ούτις επιφρενη.

(Achiou) diuinitūs immissa tenebat fuga frigidit timoris socia.

III. OMNIA oxytona secundæ simplicium, habet a longum, η χαρηγ, gaudium, η πονηρη, mala. η ἀνθηρη, florida.

Corripi-

Corripit  
ludus, iocis,

SÆPE cog-  
acentiu, qua de-  
repetamus, nam  
mensa. & sim-  
& ista a longum  
quia si a breue eis

IV. PRÆ-  
tu cognosc-

neutris plur-

& in neutris  
Thymama. επ-

uo neutro μ-

singulare qu-

storum, cù-

τὸν πτῶν, αἴσα-

V. Along-

plicis nomi-

in duali secu-

tini poëticī,

Homer. I

πολυτάρη

εις 86.

Corripitur, ut nonnullis placet, παγδία,  
ludus, iocus,

## A N N O T A T.

SÆPE cognosci potest quantitas huius declinationis accentu, qua de re cùm cap. 6. dictum sit, non est cur hic repetamus, nam hac, σθότια, veneranda. τέχνα. mensa. & similia, nemo non videt, habere a breue, ut & ista a longum. πάνεξ, φάνεξ, λαίνεξ, ουίνεξ, ἀνεξ, quia si a breue esset, tunc primæ circumflecteretur.

IV. PRÆTER verba quorum a accen-  
tu cognoscitur, breue est a in omnibus  
neutris pluralis numeri, ξύλα, ήσθεα, ὁξέα,  
& in neutris singularibus quintæ, θυμίαμα,  
Thymiana. εράτσμα, exercitus. & in adiecti-  
uo neutro μέσα, magnum. & in accusatiuo  
singulari quintæ simplicium, ut & contra-  
ctorum, cùm in a non contractum exit.  
πὸν πτῶνα, αἴστη, οὐρησθένεα, βασιλέα.

V. A longum est in vocatiuo primæ sim-  
plicis nominum in as, & in duali, itemque  
in duali secundæ. Longi etiam sunt voca-  
tiui poëtici, ὡς πολυθάμα, κάλχα, Αἴτλα.

Homer. 13. Iliad.

πολυθάμα, οὐ μὲν αὐτὸς ἐρύκανε πόντας ἀ-  
είστη.

Corripi

Polydama tu quidem hic contine omnes  
proceres.

Idem The  
yll. 22.

## ANNOTAT.

PRODVCVNTVR etiam apud Latinos huiusmodi  
vocatui.

Ouid. Tempus Atla veniet tua quo spoliabi-  
tur auro.

Virgil. Non hæc ô Palla dederas promissa  
parenti.

VI. VOCATIVI primæ in *a*, nominū  
compositorum à verbis *μετέω*, *πωλῶ*, *χείω*,  
item illi in *m*, *πα* vel *θι*, & alij, qui contra  
communem regulam in *a* exeunt, breues  
sunt; vt ὁ γεωμέτρας, Βιβλιοπωλεῖα, παιδιορχία,  
περφίλα, πέζος, κυνάπι, σκύθα, μενάχμα, λά-  
γνα.

In Epigram. ἐννεατέσσερις αριθμὸς ἔμπτερος γε-  
ωμετρακίνης.

Dicilos numeros docte geometra.

## ANNOTAT.

ALIQVI regulam istam tantum de appellatiis  
intelligendam tradunt, non autem de propriis, sed ta-  
men Theocritus Idyll. 7. id non obseruat.

ο μαργεσὶ κομᾶτα, τὸ διντάδε περπὰ τετράδεσ.

O beate Comata, tibi hæc iucunda diu acci-  
derunt.

Idem

Idem The  
yll. 22.

δινήμα

VII. C

conjunction

& corripiu

pè produc

I. Iota

neutris, μέ

II. IN

in plurali

addito, αι

III. IN

auctis, βιη

γληποι, pro

IV. IN

minutiui

ευλλι,

V. IN

εφίσι, &

δημ, item

bis, επαι

VI. A

paragog

Idem Theocritus produxit etiam appellativum I-  
dyl. 22.

Ἐπίκητα πολύτευκτα. O pugil Pollux.

VII. OMNES præpositiones in α, &  
coniunctiones, & pleraq; aduerbia, suum  
a corripiunt, licet Poëta versus gratia sæ-  
pè producant.

I.

I. ΙΩΤΑ non contractum, corripitur in  
neutrīs, μέλι, ἐνχάρι, σίνηπι, πέπερι.

II. IN DATIVIS quintæ, τῷ αἴσαντι, &  
in plurali αἴσαις, & in aliis declinationibus,  
additō, αἴσαισαι, μέσαισαι, λόγοισαι.

III. IN ILLIS quoque per paragogen  
auctis, Βίηφι, σρατόφι, ποντόφι, & in verbis,  
ἐλθησι, προέλθησι.

IV. IN VOCATIVIS quintæ, σ, no-  
minatiui abiicere solitis, ὄφι, ἔει, ἀμα-  
ρυῖ.

V. IN PRONOMINIBVS νῶι, σφῶι,  
σφίσι, & in præpositionib⁹, ἀμφὶ, περὶ,  
ὅπῃ, itemque aduerbiis & coniunctioni-  
bus ρωμαῖσι, ἀμορηπὶ, ὅπι.

VI. ADVERBIA & pronomina per  
paragogen iota additum habentia, pro-

F 4      ducunt

ducunt illud, νυνὶ, τετοῖ, ἔτοῖ, τεποῖ, τετοῖ.

Aristoph. Pluto: τεπὶ σὺ πολμᾶς ὡ μιαρωτάτη λέγεις,

Hoc tu audes ὥστε σελεστίσμα dicere?

Ibidem. ὅτις τότε εἰν ἔτοῖ, καὶ τεχάρων,

Quisnam sit hic, & cur aduenierit.

VII. PRODV CIV TUR etiam Iota ab Atticis ex ε, vel α, vel ο factum; ὁδή, ποδή, ταυτή, τεττή, pro ὁδή, ποδή, τεττή.

Aristoph. Pluto. πηδή σφεδιστε μηδή διαμαχέμεθα;

Hanc reveriti, neque repugnabimus?

Idem: εὐεσθήσως ὁ χειρομός εἰς τεττή ρέωει.

Non est ut huc oraculum inclinet.

## T.

I. NOMINA neutra quintae, breue habent u, ἄσυ, urbs, τῶν, grex onium. ὁξύ acutum, γλυκύ, dulce. ἡδὺ, suave, δρυκύ, acerbum. βαθὺ, profundum.

II. PRONOMEN σὺ, & Doricum τύ, & multa aduerbia, μεταξύ, inter. μεσηγό, idem. & ἀντικρύ, contra, quod tamen aliquando producitur.

Iliad. η. Αὐλικὸν δῆ διπόφημι, γνωμὰ μὲν εἰς διπόδωσα.

Expressē

Expressē

Iliad. 17

Auf dñm

Penitus

III. PR

singularis

verborum

secundo,

IV. re

ue est tam

bene.

I. LON

πιπένθη, Ti

πανός, Pan,

II. CO

facti à flex

pia neutra

ώδεια, ο Th

serum, ον

quod fecit,

eius comp

corripiant

Hom. I

πιπένθη.

*Expressè dico, mulierem non reddam.*

Iliad. 17. Αντικοὺ δέ απαλοῖο, δέ τι ἀνχένθετον.  
Αὐτὸς ἀνων.

*Penitus per tenerum collum venit cuspis.*

III. PRODVGVNT, u, tertiae personæ singularis numeri quartæ coniugationis verborum in μι, in imperfecto, & Aoristo secundo, ἐδίμ, ἐφυ.

IV. Rex resolutione diphthongi breve est tam in fine quam in medio. εν, εῦ, bene.

A N.

I. LONGA sunt masculina in αν, ὁ πιλόν,  
πιπάνθη, Titan. ὁ παγάν, παγάνθη, Paan. ὁ πάν,  
πανός, Pan, pastorum Deus.

II. CORRIPIVNTVR vocatiui in αν facti à flexis per ut, & nomina & participia neutra Aoristi primi. ὁ αἰαν, ὁ Αιαν,  
ῳδόν, ὁ Θοας. τὸ μέλαν, nigrum. τὸ πέλαν, miserum.  
τὸ τύψαν, quod verberauit. τὸ ποιῆσαν,  
quod fecit. Præter πᾶν, τὸ πάντη, omne, licet eius composita, ut ἄπαν, σύμπαν, aliquando corripiantur.

Hom. Ilia. 13. Αἴαν εἶπει Ήσυχῶι θεῶν ὃι ὅλυμ-  
πον ἔχεστι.

Ajax cum aliquis Deorum, qui Olympum  
habitant, iubeat nos pugnare.

Ibid. ἀριστεράνης οὐδὲν τοῦτο.

O Thoas nemo virorum in culpa est.

III. CORRIPIT VR accusatiuus in ασ, secūdæ declinationis simplicis nominum habentium & breue in Nominatio, τιν Mεσαν, τιν λύσαν, τιν οσαν, τιν τετάκαν, quæ partim cognoscuntur accentu, partim ex regulis traditis initio huius capit. IV.

ADVERBIA in αι longa sunt, πέρι, επι, υπερ, λίγαι, valde, εὐαγ, Euān, vox bacchātum, ἄγαν, nimis.

Soph. Aiac. flagell. σὺ δέ γέ τείσῃ; πέλλα  
ἄγαν ήδη θροέεις.

Non obtemperabis? multa iam loqueris.  
Excipiunt ὄταν, quando, & πάμπαν, omnino. Odyss. 2.

ὅση τάχα δίνον, ὅπουτα  
πάγκυ πλατύπατε βίον τούτο πάμπαν ὁ-  
λέσει.

Quod citò domum totam omnino destruet,  
& totum vicuum funditus perdet.

#### ANNOTAT.

EUSTATHIUS in istum locum ita scribit, εξ οὐ

τὸ

τηπάπτενο-  
τεν τάπτε-  
τεν τάπτε-

B R E V  
ιταρ. τόηπα  
νω, σομνι  
Φαρ, στατι  
Ε X C I  
σι φαλια  
μεν corr

I. L O N  
prima sim  
plurals e  
τες Ανείδε  
ripiatur,  
II. L O  
οὐας, οὐαν  
θας, οὐαλε

τὸ πάρπατν συστένειν, ὡς τὸ ἄχαν νηὶ λίαν. Vide etiam rationem πάρπατν correptam sicut aduerbium ἄχαν & λίαν.  
At nihil noui est, si τὸ ἄπατν, cùm nomen sit, Iones quoque corripiant, & ipse Homerus.

τῶν δὲ ἄπατν εἰσαγόνται πεδίον,

Totus campus repletus est,

ΑΤΤΙΚΗ VERÒ, vt dicit Ελινς Dionysius, producunt utramq; τὰ ἄπατν, Hac Eustathius. Ex cuius sententia vides etiam ἄχαν & λίαν corripi posse.

A.P.

B R E V I A sunt finita in ἀρ, τὸ νέντερ, ne-  
ctar. τὸ ἥπατν, iecur. τὸ σθέλεαρ, esca. τὸ ὄντερ, som-  
nus, somnium. aduerbia, αὐτάρ, ceterum, & ἀ-  
φαρ, statim, continuo.

E X C I P E monosyllaba, ὁ οὐδερ, ὁ ψερ, &  
si quæ alia huius generis occurrent, γάρ ta-  
men corripitur & interdum producitur.

A.S.

I. L O N G V S est nominatiuus singularis  
primæ simplicium, ὁ Αιείας, & accusatiuus  
pluralis eiusdem, & secundæ simplicium.  
τὰς Αιείας, τὰς μέσους, nisi per dialectum cor-  
ripiatur.

II. L O N G A sunt nomina flexa per utros,  
ὁ αἴας, αἴαντος, Ajax. ὁ κάλχας, καλχαντος, Cal-  
chas. ὁ πολυδάμας, πολυδάμαντς, Polydamas.

πᾶς

III. πᾶς cum compositis, ἀνασ, σύμπας, omnis.

IV. P A R T I C I P I A masculina in ας, ὁ τύψας, τύψατ<sup>ρ</sup>, ὁ ιχθύς, ιχθύτ<sup>ρ</sup>, ὁ σέας σέατ<sup>ρ</sup>, ὁ ποίησας, ποίησωτ<sup>ρ</sup>.

V. B R E V I A sunt foeminina in ας, ἡ λαμπάς, λαμπάδος, lampas, ἡ μονας, unitas, & masculina, ὁ μέλας niger. & ὁ τάλας, miser, ὁ λάδας, τάλα<sup>ρ</sup>, lapis, ὁ μέγας, magnus. Hinc ωρέμερας. Et neutra in ας, τόκερας, cornu, τόκρεας, caro, τόσελας, lumen.

VI. C O R R I P I V N T V R accusatiui plurimales quintæ declinationis simplicium; πτηνας, βόρειας, ρήπορας, & quos Poëtae formant à pronominibus, ημεας, υμεας, σφεας.

Iliad. 10. νὴ γὰρ εἰς ημέας ἐλθο,

Et rursus ad vos veniat.

#### A N N O T A T.

V I D E N T V R etiam corripi *Æolici* accusatiui *γυμνας*, cùm *Æoles* aliás alpha longum pluralis in breue mutent, vt suo loco dictum est. Non est autem negandum, quin aliqua ex his, quæ corripi diximus, inueniantur à Poëtais interdum producta; sed id rarum est, & fit licentia poëtica, aut excusat<sup>r</sup> censura alio<sup>e</sup> modo, sic ultima in *δέμας*, apud Homerum, & ultima in *τάλας* longa est apud Euripidem, & alia apud alios.

IN

I. B R  
ν, à nomi

II. P F  
τιν & τέν,  
bia πάλην,  
βε, qnib  
τάσι. Qu  
cuntur, si  
ldyll. 2. &

III. D  
ex accen  
retracto  
tato, ψυ

Theo  
γνόδαφη

Valete,  
amplius in

IV. L  
ηρν, η ταλ  
uum for  
quod in

I. C O

## IN.

I. BREVES sunt accusatiui quintæ in  
w, à nominibus barytonis, ἔριν, ὄφιν.

II. PRONOMINA poëtica μὲν & νὺν,  
τὸν & τέτιν, pro σοί, σΦίν, νῶτην, σΦῶτην; aduer-  
bia πάλων, iterum. τετράν, prius. & illæ syllaba-  
bæ, quibus ν additur, τύποις, λέγοσιν, π-  
τᾶσιν. Quædam tamen interdum produ-  
cuntur, sicut & ἐμίν pro ἐμοί. apud Theoc.  
Idyll. 2. & alibi.

III. DATIVI ὑμῖν & ημῖν longi sunt, vt  
ex accentu constat, corripiuntur tamen  
retracto accentu, & in acutum commu-  
tato, ἄμμιν, ὕμμιν, vel ημίν & ὑμίν.

Theoc. Idyl. 1. χαίρετ ὁ βωκλός ὕμμιν ε-  
γὼ δέ φηνες εἶναι ἀντὶ ὑλαν.

Valete, bubulus ego Daphnis non ero vobis  
amplius in sylvis.

IV. LONGA sunt η ἀκτὴν, ὁ στελφίν, η ν.,  
ηρίν, η στελαμίν, & similia, quæ in ν. geniti-  
uum formant, & dicatalecta dicuntur,  
quod in ν & ις terminentur.

## ΙΣ.

I. CORRIPIVNTVR grauitonain ις,  
η πάλις,

πόλις, urbs. η εργα, lis. & omnia nomina, quorum genitiuus in οἰος breue exit, siue sint oxytona, siue non, η τυραννις, tyrannis, τυραννιδ[η]ς. η βερονις, βερονιδ[η]ς, Briseis. τις, πνος. at κις longum est.

II. PRO DVCVNTIS, quorum augmentum longum est, cuiusmodi sunt omnia dicatalecta superius cōmemorata, & præterea η κρητις, crepido. κυνης, tibiale, ocrea. η Κρεσιης, sigillum. η κλης, clanis. Homer. Iliad. 12.

εἰχον ἐπημοιβοι, μία στέκηντος ἐπαρήγει.

Firmabant mutui, una autem clanis accommodata erat.

#### ANNOTAT.

Gaza, & Lascaris, & alij volunt dissyllaba, quorum penultima natura longa, & qua neque propria sint, neque diminutiva, habere i breue in nominativo; vt νυνης, κρητης, κλης, sed non adferunt pro sua sententia exemplum. Neque verò ex composite vocabuli, νυνης, id colligere licet. Nam licet aliqui scribant ευκρηνης, accentu in antepenultima; alij tamen accentum, & quidem acutum notant in penultima, ευνηης, ex quo conficitur, ipso habere ultimam pro longa; alioqui circumflectenda esset. Et illi ipsi, qui ευκρηνης scribunt, faciunt πολυκληνης

& ευ-

Ευκρηνης πα  
iliad. 24.  
δον δι ει  
Αρεγ  
Quanta  
uitis, bene  
III. AD  
λη, satis, d  
bis, ter, qu  
viciissim, al  
is regis ap  
dω, ter libo

I. Acc  
pitur, οξυ,  
II. ΕΤ  
ται μη, ζε  
ιgitur. Et I  
III. PR  
bēt termin  
eys, Neptun  
gnea, & q  
gum, ιλιο,  
lium, & Gi  
apud Opp

¶ εὐκλήις paroxytona; nec immerito, producitur enim  
Iliad. 24.

ὅση δὲ ἡ φορά τοι σύγη δαλέμοιο τέτυχε

Ἄντες οὐδὲν τοι εὔκληις ἀργεῖν.

Quanta autem alti ianua cubiculi est viridi-  
uitis, bene obserata, affabre aptata.

III. ADVERBIA in ut corripiuntur, &  
λις, satis. δῆις, τέτηραν, πεντάνη, πολλάνη,  
bis, ter, quater, quinquies, sapè. αὖτοι βασίς,  
viciōsim, alternatim. Theoc. Idyll. I.

ἐς τέτηραν μέλει. Et Idyll. 2. ἐς τέτηραν μέλει  
δῶ. ter libo.

## TN.

I. ACCVSATIVVS quintæ in ut corri-  
pitur, ὁξὺν, ἥδὺν, γλυκύν.

II. ET PARTICIPIA neutra quar-  
tæ in μι, ζευγνύν, & coniunctiones, νῦν, τοίνυν,  
igitur. Et Præpositio σω.

III. PRODVCVNTVR quæ duas ha-  
bent terminationes in Recto, ὁ φόρουν, Phor-  
cys, Neptuni filius. ὁ μόσων, domus, vel turris lá-  
gneā, & quæ ut nominatiuii habent lon-  
gum, ἵλυς, limus, ixthūs, piscis. ὁ φεῦς, superci-  
lium, & similia. ἵλυν, ixthūν, seu ixthū. ixthū  
apud Oppianum corripitur, quare etiam

ixthū

*χρόνον* corripere licebit, & eadem est aliorum ratio.

IV. PRODVCVNTVR primæ personæ imperfecti, & aoristi secundi verborum in *μι*, *εζεύγων*, *έφυν*, *έθλυν*, & aduerbiū *νῦν*, cuius quantitas ex accentu satis patet.

ΤΡ.

FINITA in *νρ*, dicuntur esse longa à Grammaticis, ὁ *φθόρης*, *συστρός*. ὁ *μάρτυρ*, *τεστίς*. τὸ *πῦρ*, *ignis*. quod accentu notum est. In obliquis tamen certum est corripi, ut suprà diximus. *μάρτυς* corripitur à Bione Idyll. 4.

*μάρτυς ἐγών ὅπι μῦθος ὃδι ἐπελεγο πᾶσιν ἀληθίας*,

*Τεστίς ego sum, quod hic sermo omnibus νερούσι.*

ΤΣ.

I. CORRIPIVNTVR adiectiva in *νρ* oxytona, ὁ *γλυκὺς*, ὁ *ἡδὺς*, ὁ *βαρύς*.

II. ITEM QV E substantiua, ὁ *πέλενος*, *σεκυρίς*. ὁ *πῆχυς*, *cubitūs*. ὁ *πέσσβος*, *senex*, *legatus*. ἡ *χέλυς*, *Chelys*. ἡ *χλαμύς*, *Chlamys*.

οντος

οὐκ οὐναν  
galea. οὐσία

EXCI

manipulus.

nultima et

III. PR

xytona, q

vt ιλυς, lim

miseria. ερε

νησίς, ve

ράχης, rete

περιστήρας

Affinitas

Grecorum

dam ex predicti

Silius 17.

& ortu.

Virgil. I.

emaciat omni

Corripuit C

Tethys &

IV. Lo

dicatiui pr

cipia masci

οὐκὶ νένελυς aduena. ὁ Βότευς, botrus. η κέρας,  
galea. ὁ σάχυς, spica. ὁ νέκυς, mortuus.

**E X C I P E** η πάρην, πάρις, fasciculus,  
manipulus. Nam si vltima esset breuis, pe-  
nultima esset circumflexa.

**III. PRODVCVNTVR** substantiua. ο-  
xytona, quæ in genitio habent os purum,  
vt ιλὺς, limus. τηθύς, Tethys, Tethyos. οὐρύς,  
miseria. εριννύς, Erinnys. εδήτυς, cibus. νηστύς,  
νηστίς, venter. ἀχλύς, caligo. quibus adde  
η ἄρνης, rete, ἄρκυς.

παρ' οἱ ἀχλύς εἰσῆκε Πτισμήρη τε καὶ αὖτις.  
Asfitt caligo erumosa & granis.

#### ANNOTAT.

Grecorum imitatione producunt etiam Latini qua-  
dam ex predicto in nominatio & accusatio.

Silius li. 17. Intima ab occasu Tethyn impellit  
& ortu.

Virgil. 1. Georg. Teque sibi generum Tethys  
emat omnibus vndis.

Corripuit Ouid. 4. Fastor.

Tethys & extremo sepe recepta loco est.

**IV. LONGÆ** sunt secundæ personæ in-  
dicatiū præsentis & imperfecti, & parti-  
cipia masculina in us, verborum in ui quan-

G tæ con-

tae coniugationis, ζεύγνυσ, ἐζεύγνυσ, ὁ ζεύγνυσ,  
Iliad. 10.

ὁλὺς αργέας ὅπε σῆν τεί νῦν ἐνάλυψεν,  
Perdens Arginos, quando nox erat.

V. PRODVCVNTVR etiam dicata-  
lecta. ὁ Φόρκυς, ὁ μόσυς.



### Caput XVIII.

QVOMODO QVANTI-  
TAS GRÆCACOGNOSCI  
POSSIT INTERDVM PRÆ-  
silio linguæ & Proso-  
diæ latinæ.

LATINOS multa vocabula Græca  
vel integra, vel nonnihil immutata in suā  
linguā transtulisse, clariss est, quā vt mul-  
tis sit probandum. Quare si quando dictio  
occurrat, cuius quātitatem regulis hacte-  
nus præscriptis inuestigare nequeas, cir-  
cumspice num hæsitantí opis aliquid lin-  
guæ & prosodia latina suppeditet. Possu-  
mus autem tripliciter ex lingua latina ve-  
nire

nire in cog-  
mò, pron-  
corripri-  
latine enir-  
machus, dic-  
tiva, gallo-  
Nam Latini-  
nultima b-  
μαχος, οεχ-  
τυτος, λιθ-  
quia haec c-  
chys, Hippo-  
raphras, η-  
πινω, κακω-  
νο, ciusden-  
σις & λιτις,  
pocryta, hy-  
δημικα, al-  
acroama, η-  
& ita in ali-

Est aut-  
gendum d-  
tinis secur-  
prædicta,  
Neq; enir-

nire in cognitionē quantitatis Græcæ. Primo, pronuntiatione: quo pacto intelliges corripi primam in nomine μάχη, μάχομεν, latinè enim *Antimachus*, *Symmachus*, *Callimachus*, dicere solemus. Sic hæc ερατὶς, ερατίω, ερατίωτης, prima breui constare disces. Nam Latini *Nicostratus*, *Philostratus*, penultima breui pronuntiant. Pari modo μακρὸς, έρεχθίς, κεράτος, λυτὸς, φίλος, φερίσις, τύπος, λίθος, τύχη, breuia esse intelliges, quia hæc corripimus: *Amphimacer*, *Tribachys*, *Hippocrates*, *Hippolytus*, *Pamphilus*, *paphrasis*, *Antitypus*, *Chrysolitus*, *Eutyches*. πίνω, κλίνω, longa sunt, cùm propino, declino, eiusdem sint quantitatis. Sic κερίτης, κερίτης & λύτος, breuia, quia latinè breuiatur, *hypocryta*, *hypocrisis*, *analysis*, αἴρομαι, θέαμα, θυμίαμα, alpha longo constant, latinè enim *acroama*, *Theama*, *Thymama* efferimus, & ita in aliis plurimis.

Est autem documentum hoc intelligendum de illis, quæ pronuntiantur à Latinis secundūm quantitatēm, qualia sunt prædicta, non secundūm accentū solūm: Neq; enim rectè colliges penultimam in

*οφία* esse longam, eò quod accentu acuto à plerisq; effteratur. Sic in quibusdam obseruant etiam viri docti non quantitatem sed accentum, vt in hoc vocabulo, *acroasis*, quod efftertur plerumq; à Latinis proparoxytone, & tamen penultima longa est.


SECUNDÒ poterit quis venire in cognitionem quantitatis Græcæ, si videat quantum illud vocabulum sit apud Latinos, si à Latinis usurpatur. Ut si quis dubitaret, quam quantitatem haberet *ἀδάμας*, vel *ἄντη*, vel *ἄπυρ*, vel *ἄρες* in prima, statim ex latine lingua præceptionibus cognoscet esse breues prædictas syllabas. Usurpant quoque Latini Poëtæ multa nomina propria accepta à Græcis, videndum est igitur diligenter qua quantitate usurpent, certumque esse debet, quantitatem illam esse etiam Græcorum.

TERTIO cognoscere licebit quantitatem Græcarum vocū consulendo præcepta latine Prosodiæ, qua ratione plurimarum quantitatibus inuestigabis, quod re ipsa comperiet is, qui latine Prosodiæ, præ-

*tertium*

sertimeciu  
ceptiones  
mina pang  
diocre ad  
& non vlti  
  
DE  
A  
REST  
quantitatis  
ritas & ex  
melior &  
mediocri  
dat, sicut p  
syllabæ, q  
quam Gra  
plores, se  
sic dixerim  
sæpè ad e  
dum erit, I  
pterea imp

Sertim eius quam scripsit Emmanuel, præceptiones memoria cōplexus Græca carmina pangere volet. Inde etenim non mediocre adiumentum pro syllabis vltimis & non vltimis accipiet.



### Caput XIX.

## DE EXEMPLO ET AVCTORITATE.

RESTAT vltima ratio cognoscendæ quantitatis Græcæ. Hæc autem est auctoritas & exemplum Poëtarum, qua nulla melior & certior, addo & facilior, si vel mediocris Poëtarum lectio, & usus accedit, sicut porrò apud Latinos multæ sunt syllabæ, quarum quantitatem nullis unquam Grammaticorum documentis exemplares, sed sola Poëtarum lectione, & ut sic dixerim, familiaritate; ita apud Græcos sœpè ad eosdem necessariò confugendum erit. Et sicut apud Latinos non propterea impedimur, quo minus & pulchre,

## 100 DE EXEM. ET AVCTOR.

& bene, & celeriter carmina condamus, eò quod non omnia sint comprehensa regulis: ita nec apud Græcos. Tot enim præstantissimos vates suppeditârunt nobis Græcæ Musæ, ut valdè tardum esse oporteat, qui eorum vsu & periuolutione non aliquam Græcæ quantitatis cognitionem sibi comparet; & vt alios negligas, vnu certè Homerus instar omnium esse potest. Hunc versa, hunc reuersa, & neque huius libri præceptis, neque aliis magnoperè indigebis. Ut autem vno alteroue exemplo declaremus, quid sit auctioritate Poëtarum cognoscere quantitatem, si quis hæreat quanta sit prima verbi ἄειδω, breuem esse videbit, si vel primum Homeri versum aspiciat: μῆνν ἄειδε θέα. Eandem nonnunquam esse longam docebit te idem Homerus hymno in Mercurium: ἐγμῆν ἄειδω κυλλήνιον, Mercurium ea, no Cyllenium.

Sic iota in nomine ξιφος breue, & vocabuli μυειδη, esse longum, ex his duobus versibus I. Iliad. planum fiet.

ελκετο

DE SI  
NII. DIP  
commun  
calem diu  
cedant, c  
exempla,  
petuum.and leg  
willDic mi  
multum o  
pidum dirII. AP  
retinent

Ἐλκετο. δή σκηνεοῖ μέρα ΞΙΦΟ. ἥλιδες.

Αἴγινη.  
ελομένην, ἵμυρι Αχαιοῖς αἷλος ἐδίωκεν.



Caput XX.

DE SYLLABA COMMUNI  
ET LICENTIIS  
POETICIS.

I. DIPHTHONGI & vocales longæ  
communes fiunt apud Græcos, cùm vo-  
calem diuersæ potissimum dictionis ante-  
cedunt, cuius rei attulimus cap. 4. aliquot  
exempla, & hoc Græcis est solenne ac per-  
petuum. Odyss. I.

ἀνθεξί μοι ἔννεπε μῆσα τὸ λύτρον, ὁς μάλα  
πλλὰ

τῶλαγχη ἐτοὺς τροίης ιερὸν τοιολίεθρον ἔπειρος.

Dic mihi Musa virum versutum qui valde  
multum oberrauit, postquam Troia sacrum op-  
pidum diripuit.

II. A P V D Poëtas Græcos non tantum  
retinentur diphthongi, & vocales longæ,

G 4 sed

sed ne breues quidem semper eliduntur,  
licet sequens dictio incipiat à vocali vel  
diphthongo, Odyss. I.

*εἰλλάς δοῦλοι τοῖς ἑταίροις εὐρύσκεται οὐδὲνός περ.*

Sed ne sic quidem socios liberauit, quamuis  
cuperet.

Ibid. *πένθοις ἐμοὶν ποιούσαις οὐδὲν οὐδὲν* φύγει *εργαζόμενοι*.

*Filia mea qualis sermo excidit septo den-*  
*tium?*

#### ANNOTAT.

LATINI diphthongos & vocales cum vocalibus aut  
diphthongis, concurrentes elidunt; interdum tamen  
Grecorum exemplo id facere negligunt.

Virgil. I. Georg. Ante tibi Eoꝝ Atlantides ab-  
scondantur.

Idem Eclog. 7. Stant & iuniperi & castaneæ  
hirsutæ.

Et id genus alia qua adserit Emmanuel.

III. MONOSYLLABA breuia hoc ip-  
so quod monosyllaba sunt, producuntur  
sapè a Poëtis, ut *πε*, *μεν*, *χορ*, *τις*, & alia.

Iliad. 3. *πεντεκα μέν οἱ κατηγοροῦσι χρόνοι ταχλυ-*  
*βοτείην.*

*Arma iacent illi in terra, quæ multos  
pascit.*

Ibi-

Ibide-  
reōn.

Sic dice-

IV. S

primos p

Poëris.

POS

Iliad. 1

Illyvala

Odyss.

tauor.

Magn.

reditum fo

POST

Iliad. 2

divulg.

Non op

consiliariu

Illa. 3. 6

enop.

Videbat

le dicere.

POS

Iliad. 3

Ibidem. ὡδὲ δέ τις εἰποκεν Αχαιῶν τη  
ρεῖσθαι.

Sic dicebat aliquis ex Gracis & Troianis.

IV. SYLLABA breuis post quatuor  
primos pedes relicta, sāpē producitur à  
Poëtis.

POST PRIMVM PEDEM.

Iliad. 14. οὐδὲ μέχα ιάχοντες ἐπέδραμον.

Illi valde clamantes insiluerunt.

Odyss. 1. ἀγνύμενοι ηὔτε ψυχὴν καὶ νόσον ε-  
ταίρων.

Magna cura seruans suamque animam &  
reditum sociorum.

POST SECUNDVM PEDEM.

Iliad. 2. οἱ χεὶ πανύχιον εὐθλευ βεληφόροι  
αὐτοῖς,

Non oportet totam noctem dormire virum  
consiliarium.

Ilia. 3. σεῦται γάρ τι εἴπερ οὐρανοθάλαττοι  
ἔντοσθι.

Videbatur enim galeatus Hector aliquid ve-  
le dicere.

POST TERTIVM PEDEM.

Iliad. 3. αἵ τιναδή πέλενος ὡς εἴνι αἰτεῖσθαι  
G 5 Semper

Semper tibi cor est durum instar securis.

Iliad. 1. ἐλθετὸν σὺν οὐρανῷ εἴποτε  
εἶπε,

Veniens in Olympum, ora Iouem.

Odyss. 6. ἀλλ' ὅπε μὴ αἱ ἔμελλε πάλιν ὄνται  
δενέεσθαι,

Sed quando iam rursus domum itura erat.

Iliad. 1. αὐτὰρ εἴτειτοι τοῖσι βέλοις ἐχεπευ-  
κέστησι,

Sed postea in ipsis sagittam mortiferam im-  
mittens.

#### POST QUARTVM PEDEM.

Iliad. 1. τὸν ὕμοισιν ἔχων ἀμφὶρεφέα πεφε-  
ρέτεν.

Arcum gestans humeris & pharetram cir-  
cumtectam.

Iliad. 2. ἐκτονοῦ ἀντὸνισθα Διὸν μῆνιν αἰγα-  
λαυτον,

Sextum autem rursus Ulyssem Ioui consilio  
similem.

#### POST QUINTVM PEDEM.

Iliad. 4. ιοι φίλοισι πίκεωι χαελομένη πέ-  
σει φ.

Gratificans charo marito a quæ ac dilectis li-  
beris.

Iliad.

Iliad.  
εἰπε.

Ex alte-  
nstanqu-

PLVRA  
que sunt obi-  
runt exempla  
manuel: Pa-  
nis apud Lat.

V. LE-  
tas aliqui-  
sunt tres  
liquo vo-  
talis. τεχ-  
νοεδη,  
apud He-

Intera-

χρυσο-

Neptiu-

Alift-

οιδηλα-

FIT

que sine-  
unt. lib.

Iliad. 3. οἰδη πενεὺς ἐπέρωθεν εὐτὸν κρήτοντι θεός ὁς  
εἴσηκε.

*Ex altera parte inter Cretas stetit Idomeneus tanquam Deus.*

## A N N O T A T.

PLURA exemplanihil opus est congerere, quia ubique sunt obvia. Latini idem interdum sibi licere voluerunt exemplo Graecorum, ut alatis exemplis ostendit Emmanuel: Post quintum tamen pedem vix reperietur breuis apud Latinos.

V. LEX necessitasque metri cogit poëtas aliquando producere breues, ut cum sunt tres vel plures breues continuae in aliquo vocabulo, ut in his ἀδάνας, immortalis. περιμίσης, Priamides. οὐβόσια, suilla. ἀπονέσσαι, redire. Exempla passim occurunt apud Homerum.

Interdum longas corripiunt, Dionys. ηγή ποσειδήνια ἔργα ηγή ιερὰ τέμπεα δάφνης,

Neptunia opera & Daphnes sacra tempe.

Alij tamen legunt apud Dionys. ηγή ποσειδήνια ἔργα. vel; ηγή ποσειδήνια.

FIT hoc sèpè à poetis iis in vocabulis, quæ sine licentia carminis leges non subeunt. lib. 4. Anthol.

εὑρετικόν

εὑρεν ἡγεμόνος χερσὸν αἱλωροθόνοις.  
Inuenit Julianus manibus incorruptis  
Et lib. 5. τῆτον ἡγεμόνον τυχέντος βλάσημα πα-  
τίνης.

Hunc Julianum germen Tyria nutricis.  
Et lib. 7. κλαυδιανὸν ρώμην καὶ βασιλεῖς ε-  
πεστε.

Claudianum Romæ & Reges posuerunt.  
Lucianus. Λεκιανὸς τάσθι ἔχει φαπλαιά-  
νε μωρόπε εἰδὼς.  
Lucianus hec scripsi, gnarus veterum & fa-  
thorum.



## Caput XXI.

DE PEDIBVS ET  
VERS V.

QVID sit pes, & quot numero, itemque quid ver-  
sus, & quo genera versuum, praterimus tanquam no-  
rum iam ex latina prosodia. Tantum principia genera  
carminum in quibus studiosa iuuentus potissimum elab-  
orare debet, hic recensebimus, more Emmanuelis, cu-  
ius vestigis, ut alibi, ita & hic libenter insisteremus, ducto  
initio ab Hexametro sive Heroico carmine.

CARMEN

CAR

CONS

tus dactyl  
dactyli velavolat  
wallaπαλαγχ  
πλάγιοιDic mihi  
de mulm

Oberrau

Et qui m  
didicitQVIN  
Græcos, q  
est, vnde  
qui versus p  
currunt.Odyss. I  
Ariosto,Recordat  
gisti.

PEN

CARMEN HEXAMETRVM  
SIVE HEROICVM.

CONSTAT sex pedibus, quorū quintus dactylus est, sextus spondeus, reliqui dactyli vel spondei. Odys. I.

ἄνθερί μοι ἔννεπε Μέση πολύτερον ὃς μάλα  
τολμᾷ

τλάγχῃ, ἐπεὶ τείνειερὸν πλοίεθρον ἐπεροε  
πλῶν δι' ἀνθεώτων λίβεν ἄστα νῷνόν εγνω.

Dic mihi Musa virum versipellem qui valde multum

Oberrauit, postquam Troiam euertit.

Et qui multorum urbes vidit & animum didicit.

QVINTVS pes multò sèpius apud Græcos, quām apud Latinos, Spondeus est, vnde versus spōndaicus appellatur, qui versus passim in Iliade & Odyssea occurrunt.

Odys. I. μηνόστο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύνονται οἰδοί,

Recordatus enim est animo inculpati Agisti.

## PENTAMETRVM

## CARMEN.

E I S D E M pedibus constat quibus apud  
Latinos, Tyrtæus.

τεθνάμεναι τῷρη καλὸν ὅπερι περιμάχοισι πεσόντες  
Αὐτὸς ἀγαθὸν πεπίστη πατεῖδι μαργνάμενον.

Præclarum est in prima acie occumbere,  
Virum bonum pro patria sua pugnantem.

Idem. πολλάκι σῆματα Φυγῶν καὶ σῆπον  
αἰνέντων,

ἔρχεται, οὐδὲ δύναται μοῖρανίκεν θεατάς.

Sapè quis elapsus ex pugna & telorum so-  
nitu

Euadit, sed ipsum domi Parca inuenit.

#### A N N O T A T.

O B S E R V A N D U M est Gracos in pentametri non  
esse tam religiosos atque Latinos. Illi enim, & præsertim  
Ouidius, raro concludunt aliter pentametrum quam  
voce disyllaba, raro tetrasyllaba, & multò rarius trisyl-  
labo. Raro quoque idem Poëta primam cæsuram corri-  
pit, raro sententiam aut non—absoluit, aut non suspen-  
dit uno disticho, in quibus omnibus diligentes imitato-  
res habet. Ceterū in his Graci multò fuere liberiores.  
Nam ut ex Callimacho, Theognide, et ex fragmentis Tyr-  
tai, & ex variis Epigrammati Anthologia planum est,  
sapè trisyllabo, sapè adhuc longiori vocabulo pentame-  
trum terminant, sapè primam cæsuram corripiunt, sapè  
sententiam uno disticho neque perficiunt, neque suspen-  
dunt.

dunt. quod ipsi  
stius nonnulli L  
trisyllabis etiam  
tioribus magni-

CARME  
CVM

Eurip. H  
τε πύλας  
λιτών, ον  
Venio me  
ginis

Deserens  
bitat.

CAR

Laert. n  
Αγριοί  
Ινδικοί  
Σπίλα  
Αιγαίων  
Εξαφε  
Crone Di  
Affe

ibus apud  
dunt. quod ipsum ausi etiam sunt licet parcus, & mode-  
stius nonnulli Latini, ut Catullus & Ausonius, & in  
trisyllabis etiam Propertius, Tibullus, & multi ex recen-  
tioribus magni nominis Poëtae.

**CARMEN SENARIVM IAMBI-**  
**CVM SIVE TRIMETRVM**  
Iambicum.

Eurip. Hecub. ἥκω νεκρῶν κευθμῶναν οὐκό-  
ται πύλας

λιπῶν, οὐδὲ οὐκωχεὶς ὄκισαι θεῶν.

Venio mortuorum ναοῦ & portas cali-  
ginis

Deserens, ubi Pluto separatim à Diis ha-  
bitat.

**CARMEN DIMETRVM**  
IAMBICVM.

Laert. κρόνε Διόδηρε τίς σε διαιμόνων κακοῦ  
Αθυμία ξυνέργυσεν

Ιν' αὐτὸς αὐτὸν εμβάλης εἰς τάρταρον

Σπίλωνταν & λύσας ἐστη

Αινυγματώσῃς τοι γάρ εὐρέθης Κρόνος

Ἐξωθεν τερπῶν πάτερ απε.

Crone Diodore quis te dæmonum mala

Affectione compulit.

110 DE GENERIBVS

Vt tute in atrum mitteres mox tartarum  
Solutis quod Stilponis non ænigmatis  
Victus fuisti? iure ergo deprenderis  
Cronus remotis r, & cappa litteris.

S C A Z O N SIVE CHO-  
L I A M B U S.

Theocrit. in Epigram.

O μεσοποιὸς σύγχοδος ἡ ποτώναξ κεῖται.  
Εἰ πέρ πονηρὸς μῆτων τοῖχεν τῷ τάφῳ.  
Εἰ δὲ εἰς οὐρανός καὶ παρὰ χειρῶν.  
Ορφεών καὶ θίζεν καὶ δέλης, δοῦλος εἰξον.  
Poeta hic Hippone sxiacet.  
Siquidē improbus es, ne accedas sepulchrū.  
Si autem es bonus & ex probis.  
Confidens sede, & si volueris dormī.

A N N O T A T.

Eadem omnino est horum carminum ratio apud  
Grecos & Latinos; & eadem propè licentia, maximè Co-  
mœdis, puritatem lambici carminis alienis pedibus insi-  
ciendi, quam tamen Tragœdi, ut Euripides, Sophocles,  
& Eschylus intactam seruant, ut apud nos Seneca. Ha-  
bet autem Scazon quinto loco Iambum, in allato tamen  
exemplō panitur spondeus; & secundus versus non— est  
choliambus sed iambus.

CÆTERVM cùm illa carmina, que ab Anacreonte  
nomen

Valeat et nos

Aleister

et ceteris

et ceteris.

tartarum  
gmatis  
ris  
eris.

HO-

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

HO-

Cosmopolita

Flexander

et ceteris

Sepulchra.

nt.

n ratio apud

maxime Co-

pedibus insi-

, Sophocles

Seneca. Ha-

llato tamen

us non est

Andante

homen







